IN NOTARIORVM EXCESSVS, ERRORES ATQVE peccata.

COMPENDIVM.

NATVRALIBVS THEOLOGICIS, Legalibusque rationibus exornatum.

Antonio Taſſara Notario Pat. Auth.

Cui ab eodem Authore xv. capita adiecta ſunt quæ in primis editionibus non extabant, in quibus multa aurea documenta nitent.

Cum locupletiſsimo materiarum Indice.

Ex Legato Ill.mi Coccini



VENETIIS

M D LXVIII.

BIBLIOTECA NAZ.
8 20.

13 B A 42

ACVTISSIMO IVRIS DOCTORI DOMINO Naſcimbono Petinello,

IN PATAVINA ACADEMIA Artis notariæ interpreti Meritiſſimo.

Antonius Taſſara notarius Pat. S. D.

CVM teneris iam annis (legum vertex non vulgaris ingenij) diu noctuque, pro ingenij imbecillitate, legali diſciplinæ incumberem: me quicquid eram aſſecutus euaneſceret: & nō ſecus ac ferrum ex deſuetudine, & otio inueteratum rubigine occuparetur: in notariorum errores compendium quoddam breuiſsimum typis, meo abſque nomine, & nulla humana ope implorata, nulloque fœlici auſpitio munitum, imprimendum tradidi: meis ineptijs, alicuius viri illuſtris maieſtatem (veluti rerum imitator, qui ſuos quanuis deformes fœtus, pro formoſiſsimis admirantur) coinquinare nollens: illius Cherili exemplo, cuius ſcripta multo plus dedecoris, quàm laudis pepererunt Alexandro. Verum mecum ſæpius animo repetens, de minimis etiam rebus, plura in dies opuſcula edi, nec id vitio aſcribi: Edidit nanque & Antonius de ſua ebrietate librum: Homerus item de laudibus uini multa conſcripſit: quem & de bello

ranarum aliqua dixiſſe legimus: Ephrem Syrus, de vituperatione riſus: Macyon græcus de raphano: Pythagora de bubis: Diocles de rago: Phanias phyſicus, de urtica: memoriæ tradiderunt. Compendium ipſum, meo ſub nomine, ſydereoque numine præſcriptum, in lucem nunc multis additis & infinitis pene erroribus expurgatum, prodire non dubitaui. Nec mehercle, quo (ut aiunt) noctuas Athenas ferã, ſed ut amicorum p̄cibus, & exhortationibus laceſſitus eorum tandem voluntati obtẽperarem. Neque enim Cymoni ſummo Athenienſium viro verecundũ fuit germanã in matrimonio habere ſororem cũ & alij eodem vterentur inſtituto. Sed ne ſicut Poliphemus adepto oculo, & Sanſon tonſis crinibus fruſtra vaſta corpora, ac vires habebant inanes, ita opuſculũ ipſum, triuiali (ut aiunt) percuſſum moneta plus cutis quàm carnis habens, et totum Horatianæ corniculę ſimile alienis plumis circunquaque ueſtitæ obtrectatorum detractionibus ſubiaceat, id ueluti ingenioli mei fructus exiguos mea in te obſeruantia, tuaque in me beneuolentia tibi optimo cauſarum patrono dicare nominique tuo inſcribere decreui. Cuius nempe virtutum ſplendorem nunc recenſere nolui, cum omnibus iam ſatis virtutes tuæ adeo perſpectæ ſint, vt te veluti illarum alumnum intueantur, ac admirẽtur omnes: Liſãdri Lacedæmonii autoritate ductus, qui, veræ virtuti, quæ ſecum lucem ſuam, & decus vehit: humanis opus non eſſe præconibus, aſſerebat: & ne alias, eas recenſendo, rei magnitudine oppreſſus, ęque riderem, ac is, qui ſolem lucerna oſtendere

conatus

conatus eſt: vel ſicut Corebus Migdonis Phrigij filius, cuius ſtultitia vulgi fabulis celebrata eſt, ex eo quòd maris vndas numerare conabatur. Accipe igitur hoc qualecunque munuſculum, quanuis exiguum, nec ita elaboratum vt ſapientia merebatur tua, fidele mei in te animi teſtimonium: Nec tam muneris paruitatem, quam promptam dantis voluntatem perpendas. Siquid autem minus cultum, aut elimatum reperies, te obſecro atque obteſtor, vt id tum publicis meis negotijs, tum impreſſoribus aſcribere non dedigneris: non enim architectus ſingulos lapides conſtructim ex ordine locat, ſed tantum fabris eos omnes ad funes ponendos ſignat. Bene vale, meque tibi deuinctum complectre.

ANTONIVS TASSARA AVCTOR AD Lectorem.

CVM illo inſtigante ſpiritu, qui primæ hominum morti cauſam dedit, qui elementa concutit, hominum mentes turbat, curioſitatem humanam illudit ſeque in angelum lucis transfigurat & in habitu & uiri iuſti nomine ſe ſubornat, mortales ſæpiſſime a ſemita rationis rectoq; uiuendi tramite declinarent potentiam æquitati appetitumq; rationi præferentes malis omnibus obruerētur, ac nunquā ad ueritatis ſcientiā peruenirent ſed ei potius reſiſterent ſicut Iamnes & Manibres Moyſi reſtiterunt. fragilitatis humanæ miſertus ille qui eſt reuelator horribilium, ſcrutator cordium & ſcientiarū dominus a quo totius mundi elementa proceſſerūt & eorū diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt. Moyſen gentis hebreæ primū foroneū regem: Androdamum reginum; Philolaum Corinthium: Hipodamum mileſium, Solonem Draconem, Ligurgum, Numā pompilium, M. Mutium. P. Manilium. L. Brutum, Alioſque innumerabiles uno ſpiritu afflauit, ut leges, conſtitutiones, ſanctiones ac iudicia promulgarent, æquum ab iniquo ſepararent, licitum ab illicito diſcernerent, honeſtum ab inhoneſto ſegregarent, hūmanā audaciam cohercerent, nocendi facultatem refrenarent, cæterarumque rerū luſum cohiberent. Quapropter cum Notarij, quod ipſi diuino ſtatuentes conſulto in ſacris ca

nonibus

nonibus & in mundanis affixere legibus intactum non conſeruent cõtra eorum quippe ſaluberrima agentes inſti tuta. Non incõueniens fore duco aliquos caſus correctio ne dignos congerere, ne à ſanctis patribus ueniant grauiter iudicandi, & à ſpiritu Sancto, cuius inſtinctu & dono creati ſunt, ueniant damnandi cum in ſpiritum Sanctum nõ incongrue peccare uideantur, cuius & nutu & gratia ſacræ leges pro communi mortalium ſponſione ordinatæ ſunt; nec arrogantiæ notam præſens opuſculum ſubiturum arbitror. cum ut inquit Beatus Grego. ſicut laudabile atque diſcretum eſt reuerentiam exhibere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris eſt, ſi qua in eis correctione indigeant nulla diſſimulatione poſtponere, ne totũ (quod abſit) corpus morbus inuadat, ſi languor nõ fuerit curatus in capite, & in ſacris etiam habetur literis, quod cũ Balaam Ariolus iret ad maledicendũ populum, angelus domini aſinæ cui inſidebat in uia ſe oppoſuit euaginatoq; gladio eam ab itinere compeſcuit, quam dum ille uerberibus afficeret in uocem prorupit & prophetæ ueſaniam redarguit, item quod cum Dauid adulterium & homicidiũ cõmiſiſſet miſſus eſt à Deo Natan Propheta, ut eum redargueret, quia dignum eſt unũquenque uilicationis ſuæ rationem reddere; ut CHRISTVS *dominica ueritas ait, qui etiam cũ eſſet paſtor paſtorum ouibus ſuis de quibus ait, non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, inter obrobria & uerbera quæ ab eis patiebatur, ait, ſi male loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo, ſi uerò bene cur me cedis? & Samuel etiã; ut primo regum legitur ad populum ait, loquimini ad me coram domino, utrum bouem cuiuſquam tullerim aut aſinum ſi quempiã*

calumniauerim,ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſque munus accepi & reſtituam uobis dixerunt ei, non es calumniatus nos,neque oppreſſiſti neque de manu alicuius tuliſti quidpiam,dixit ad eos,teſtis eſt Dominus, quia nõ inuenietis quidpiam in manu mea. Et ideo pro communi ipſorum notariorum utilitate eos ſecundum tenuitatem noſtram pauperculam in Gazophilatium domini mittere curaui,teſtante Beato Hieronymo ſuper Malachiã,quod ſi quis doctus & eruditus in lege poteſt alios erudire intelligens largitorem Deũ & agens his gratias per quos à Deo eruditus eſt humiliauerit ſe & in horreum Dei intulerit cibos,hoc eſt ſcripturæ alimenta populis miniſtrauerit ſtatim aperientur ſuper eum catarate cœli & effundetur pluuia ſpiritualis & mandabit nubibus ſuis ut pluant ſuper eum imbrem & rerum omnium abundantia perfruetur. Quapropter notariatus officium exercentes præſens opuſculum precio etiam numario perquirere debent quia ſicut ſtellas cœli non extinguit nox, ita eorũ mentes huic inerentes opuſculo non obſcurabit mundana iniquitas,& ſi in hoc opuſculo contenta ſapient,ſapientur à Domino,ſi uero neſcient à Domino neſcientur,Paulo atteſtante,quod quis ignorans ignorabitur , & ſicut nõ decet à capite membra diſcedere , ſed iuxta ſcripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequuntur, ita eos ab hoc opuſculo deuiare non decebit, cum in eo traditiones quas antiquitus à patribus ſuſcepimus cõtineantur, quas infringere abbominabile dedecus eſt. Vale.

IN NOTARIORVM ERRORES EXCESSVS ATQVE PECCATA

Compendium naturalibus Theologicis,

ET LEGALIBVS RATIONIBVS Exornatum accurate impreſſum, Fauſtis auibus exorditur.

CAP. I.

SVMMARIVM.

Notarios eligentes perſonas minus idoneas ad notariatus officium: errare.

1 *In notariorũ electione tria potiſſimũ cõſiderãda.*

2 *Aetatis maturitatem ratione publici officij in notarijs inſpiciendam.*

3 *In publicis officijs ætatis maturitatem fore inueſtigandam etiam ſi perſona digna reperiatur.*

4 *Legales perſonas ad notariatus officium eligendas ne poſſint partes de facili ſuſpectos eos allegare.*

5 *Notarios duorum facto equipollere etiam in nõ pertinentibus ad eorum officium.*

6 *Morum grauitatem in notarijs intuendam fore.*

7 *Literarum ſcientia carentem multos opprimere.*

8 *Literalis ſcientiæ tres gradus.*

9 *Notarios in ſufficienti ſcientia cõſtitutos eſſe debere.*

10 *Notarios minus idoneos eligentes, penas debitas ſubire.*

1 MEMORIA teneant notarij, eligen-
di facultatem habentes † tria potiſſi-
mum in eorum creatione fore conſide
randa: ætatis ſcilicet maturitatẽ, morũ
grauitatẽ, & literarum ſcientiam. argu.
c. cum in cunctis extra de elect. cum
tale tantique ponderis ſit, vt ex eo ho
minum negotia ſuſcipiant incremen-
tum, argu. l. legatis. §. ornatricibus. ff. de leg. iij. Et ideo cum
notariatus vſus frequens, vtilis, ac quotidianus ſit in eorum
creatione eſt magnopere inſpiciendum, iuxta tex. in l. j. ff. de
diuer. & temp. act l. legaui. ff. de lib. lega. l. i. §. dixerit aliquis.
3 ff. de publi. l. iuſto. ff. de vſucap. l. j. ff. de in inte. reſt. † Maturi-
tas igitur ætatis primo eſt inſpiciẽda, quia publicum munus
eſt, & publica perſona notarius nuncupatur. l. ii. ff. rem pup.
ſal. for. l. horphanotrophos. C. de epiſ. & cle. l. non aliter. ff. de
adop. not. gloſ. in c. quanquam de vſur. lib. vj. Bar. in l. gene-
3 rali. C. de tabel. lib. x. † Ad publicum autem officium qui
in matura ætate conſtitutus non eſt eligi non poteſt. l. ad
Rempublicam. ff. de mune. & hono. & ſi ante illam ætatem
digna perſona reperiatur, vt eſt textus peregrinus in cap. ſi
quis triginta. lxxviij. diſt. Et ſuadetur ex eo quia tale offi-
cium repertum eſt publica hominum vtilitate & fauore, ſi
ante maturam ætatẽ eligerentur talis fauor in odium verte
retur, cum ante maturã ætatem infirma hominum iudicia
eſſe dicantur. l. j. ff. de mino. quod quidem eſſe non debet l.
quod fauore. C. de legi. c. odia. de reg. iur. lib, vj. l. cum quidã.
4 ff. de lib, & poſth. † & ideo hac qualitate conſiderata legales
homines ad tale officium conſtituentur, iuxta ea quæ haben
tur in c. quoniã cõtra falſam. de prob. in l. ſi a bonefidei. C. de
rei vendi. alias facillime poterunt partes eos ſuſpectos alle-
gare, ſecundum glo. ſing. in §. quia ſæpe, in auct. de trien. &
5 ſemi. † & hoc eo maxime eſt inueſtigandum cum notarij
duorum facto equipolleant, vt atteſtatur Bal. in aucten. ſed
cum teſtator. C. ad l. falci. l. militibus. C. de milit. teſtam. eſt
etiam text. not. in d. cap. quoniam contra. & habetur in cap.
cum eſſes, extra de teſta. in cap. cum parati. de appel, quod
ampliat

ampliat glo.ſing.in §.ſi vero.in auct.de her.& fal.habere locum etiam ſi deponant de pertinentibus ad eorum officium quod not.eſt pro limitatione.l. ſi plures.ff. de pact. & eorum quæ habentur in l.nemo.C.de aſſe.

6 †Secundo morum grauitas eſt intuenda, quia alias incõpoſitio corporis inequalitatem indicat mentis cap. fin.quadrageſima prima diſtinctione.l.is qui.§.diuus. ff. de tuto. & curato.c.nec ſolo.xxxij quæſt.j.auct.habita.C.ne fil.pro pa. §.pauonum.Inſtitu.de rerum diui.& ideo morum grauitas hominem ipſum commendat.c.licet. viij.quæſtio.i.cap.cum bonę. de æta.& qual.c.poſtulaſti. de cler. excom.l.nec enim. de adop.l.j.de emend.propin.

7 †Tertio literarum ſcientia eſt inſpicienda, quia prudentia indigens multos opprimit prouerbiorum vigeſimo octauo,& maxime vt falſitatis pęnam euitare poſsint, iuxta notata in d.l.in generali, vt puris manibus omnia agant.§.maxime in auct. de teſti. & in cauſarum proceſsibus nihil vendicet odium lanceſque æquolibramine appendent cap.j. de re iudicata lib.vj.l. prima. C. de officio præfecti prætorio af. ne alias aurum & munera eos a ſummo bono auertãt,quod facile hodiernis temporibus reputatur contra. capit. pauperum.xi.quęſtione iij.capit.vendentes.j.quæſtione.iij.§.qua-

8 propter. in aucten.vt iu. ſine quo. ſuf. † Et cum triplex dicatur ſcientiæ gradus vt eſt celebris doctrina Innocen. in dicto cap.cum in cunctis: quædam eminens:quædam mediocris: quædam ſufficiens: in ſufficienti ſaltim ſcientia conſtituti eſſe deberent, quia ſcientiam eminentem habere ille dicitur qui ſine reuolutione cartarum ſcit conſulere,de qua loquitur text. in cap. niſi cum pridem: de renunt. & in l.ſcire oportet. in verſi.maxime diſciplinatus homo. & in verſicu. maximi. ll. vertices.ff. de excuſa. tuto. & in l. a teſtatore. in verſi.magno ingenio.ff.de condi. & demonſtra. & loquitur glo.ſing.in cap.non licet.xi.quæſt.iii. quæ dicit quod doctor conſulens ſine cartarum reuolutione debet gratis conſulere. & iſta magis à Deo prouenit quam ab hominis ingenio cap.ecce.xxxvj. diſt.cap.reuertimini.xv.quæſt.j.& habetur. iij.regum. Sciẽtia mediocris illa eſt per quam difficiles quęſtiones

9 ſtiones cum reuolutione librorum decidunt. † Scientia autem ſufficiens quæ in notariis maxime eſt perquirenda, eſt, quando talis eſt homo, qualem qualitas officij requirit, quam ignorare turpiſsimum eſt l.ii.§.Seruius autem ſulpitius ff. de orig. iur. & nõ homines ſed hominum imagines appellari mœrentur, ſecundum Abbatem in cap.prudentiam extra de off. deleg. in cap.multi.xl. diſt.in cap. viliſsimus.i.queſt.i.quapropter vt receptui canamus in ſinum vela complicantes,ad notariatus officium deberent eligi perſonæ benemerentes qui non inania lucra ſectentur ſed debita ſolicitudine exequantur l.ad ſplendidioris. C. de diuer. offi.lib.xii.l. per illiricum.C. de coarctã.l. contra publicam. C.de re milita.l.ii.de apar.procon. & maxime quia viris literatis non aſinis feratis debent conferri officia publicã vtilitatem concernentia, vt not. Ioan. de Imo. in c. cum ex eo. de elect.lib.vj.faciunt not.in c de mulcta. de præben. & per
10 glo.ſing. in l.ſocietatem.ff.pro ſoc.† Et ideo caueant eligentes quia ſi quem in ſuperiorem recognoſcant & non eligẽt perſonas ætatis maturitate,morum grauitate & literarum ſcientia præditas, poterunt electione priuari, iux. not. in l. ad ſubeunda.C.de decu. lib. x. in cap. cum cumana. in cap. quia propter,extra de electio. & etiam ſi quid parti damnoſum electi commiſerint, poterunt ad intereſſe teneri · ſicut in ſimili not. Bart. in l.j.C.de man.& col.pat. lib. xi. & electi penas falſi ſubire facillime poterunt, & ſic ſi cœcus cœcum duxerit ambo in foueam cadent. cap. quòd quidam.§. ſic & omnes.j.q.j.

CAP. II.

SVMMARIVM.

Notarios ſubſtantiales inſtrumentorum clauſulas in eis apponentes,earumq́ue uim ignorantes: peccare.

1 ☞ *Dictum teſtis deponentis ſuper mutuo, & igno-*

rantis

rantis quid ſit mutuum, non ualere.

Notarios ignorantiam prætendere non poſſe.

Clauſulas ſubſtantiales ſpecialiter & expreſſe in inſtrumentis adhibendas.

4 *Mulierem ueleyano renunciantem decipi.*

Aliquem alium certiorare non poſſe, ſi ipſe eadem indigeat certioratione.

6 *Notarios uim clauſularum in inſtrumentis appoſitarum tempore contractus celebrati ignorantes, de falſo puniendos.*

EXPOSITVM ſit tabellionibus quod ſi ſubſtantiales inſtrumentorum clauſulas in eis appoſuerint & earum vim ignorauerint, interrogati: & ſunt cauſæ concernentes factum contrahentium, quod contractus eſt ipſo iure nullus: exempli gratia, ſi in inſtrumento alicuius mulieris afferant ipſam mulierem de velleiano fuiſſe certioratam, & interrogati quid ſit velleyanum reſpondere neſcierint, tunc inſtrumentum eſt ipſo iure nullum, vt not. Albe. in l. fina. in §. penult. ff. ad velleya. not. Bart. in ſimili in l. prima, ff. ſi
1 cert. peta: vbi dicit † quod ſi teſtis deponat ſuper mutuo & interrogatus quid ſit mutuum, reſpondere neſcierit, eius dictum non valet, vnde cum notarius fungatur loco teſtis. l. domitius labeo. ff. de teſt. cap. vt circa, de elect. lib. vi. idem eſt in eo dicendum, & idem affirmabat Alexan. in teſtibus deponentibus de fama. in conſilio. xlv. incipiente viſis atteſtationibus in ij. volumine. & in conſi. cxv. in-
2 cipiente viſo proceſſu in iiii. volumine † & hoc maxime ſuadetur quia notarius non poteſt prætendere ignorantiam vt ait Bart. in l. diuus claudius. ff. de fal. Bald. in. l. i. ff. de leg. & ea eſt ratio, quia in facto proprio nõ cadit ignorantia. l. quiſquis. C. de reſ. vend. l. quãquam. ff. ad ſenat. cõſ. velleya. l. ſi. ff. pro ſuo. & conſequenter cũ non poſsit ignorantiã

præ-

prætendere, & ignorans fuerit vigoris appoſitarum clauſularum in inſtrumento debemus dicere inſtrumentum ipſum vitiari,
3 † quia clauſulæ ſubſtantiales inſtrumentorum ſpecialiter & expreſſe ſunt adhibendæ.l. Seia. ff. de aur. & argen.lega.l. Iulianus.ff.ad exhiben.l.cum hi.§.prætor.ff.de tranſ.l.fin.ff.de diuor.not. in l. qui hæredi.& in l. Meuius.ff. de condi.& demon. ſed id dicitur ſpecialiter & expreſſe fieri quod fit verbis ſpecificis & expreſsis,vt eſt glo.not.in clemen.j.de iud.in l.fina.in ver.ſpecialiter.C.de ind.vid.tollen. in l.ſi quis,in prin.ff.de leg.iii.Bald.& Sal.in l. ſi quando. in §. & generaliter.C.de inoffic.teſtamen.ſed notarius non poteſt ſpecifice ſeruare formam requiſitam cum eius vim ignoret,& conſequenter dicendum eſt perinde haberi ac ſi appoſita non fuiſſet:& maxime quia ſtando in terminis exempli traditi, ad hoc vt contractus initus cum muliere valeat, debet mulier expreſſe & ſpecifice renunciare beneficio Velleyani. vt not.doct.in l.fi.in §.fi.ff.ad velleya.ſenat.ea ratione quia
4 †quando mulier renunciat tali beneficio decipitur l.interdum.ff.de mino. l. ſi iudex. C. ad ſenat.conſ. veleya. not.Bald.in iiij.conſi.ij.voluminis,& in conſi.xlvii.iii.voluminis.quomodo igitur dicere potuit mulierem velleiano renunciaſſe,ſi notarius tempore celebrati contractus renunciationis vim ignorauit
5 † non enim aliquis poteſt aliquem certiorare de aliquo ſi ipſe eadem certioratione indigeat.§.j.in auct.de ſanct.epiſ.c.ſi clericatus.xvii.quæſt.i.cap.qualis erit. viii.quæſt.i.& ideo cum tales contractus debeant eſſe qualificati ſi qualitas non adſit ab initio actus debet omnino vitiari.l.denuntiaſſe.ff.de adulter.cap. veniens. de ſponſa.glo. not. in cap. notificaſti. trigeſimatertia quæſtio. quinta. &
6 ideo † caueant notarij apponentes huiuſcemodi clauſulas in inſtrumentis vt earum tenorem ab initio non ignorent, alias pœnam falſi incurrent, quia paria ſunt hæc, quod quid non fiat vel fiat in aliquo non ſeruata forma.l.ſi vnus.C.de teſt.not. Angel. in l.fin.C.de mag.conuen.facit tex.in l. iubemus.C.de teſtamen.

CAP. III.

SVMMARIVM.

Notarios, debitas in inſtrumentis ſolemnitates apponendas prætermittentes, delinquere.

1 ☞ *Pœnas falſi euitare notarios non poſſe, ratione omiſſarum ſolemnitatum ex præſumptione iuris & de iure.*

2 *Præſumptionem iuris & de iure fore, notarium ad eius officium pertinentia non ignorare.*

3 *Quando non cõſtat de cauſa deducendi actum ad eſſe, actus debet uitiari.*

4 *Contra dolũ præſumptũ, regulariter datur probatio.*

5 *Probata bona fama, incõtinẽti tollit̃ p̃ſumptio doloſa.*

6 *Non eſt præſumendum, quod uir bonus mentiatur.*

7 *Bonos uiros ea facere quæ alium in ſe facere uellent, & penalia non committere.*

1 HAVD immemores ſint tabelliones† quod ſi debitas ſolemnitates in inſtrumentis requiſitas, de quibus in l.generali.C.de tabul.lib.x.& in l.j.C. de fi.inſt.omiſerint penas falſi nõ euitabunt, vt eſt tex. in l. iubemus. C.de teſta.vbi glo.eſt ſing.dicẽs, quod iſta eſt præſumptio iuris & de iure contra quam non admittitur probatio, iuxta notata in capitulo is qui. vbi glo peregrina.de ſpon.in l.cum allegas:C.de vſur. per Bal. in l. cum
2 proponeretur.ff.de leg.ij.& maxime in caſu iſto, † quia præſumptio iuris & de iure eſt quod notarius non ignoret pertinentia ad officium ſuum.l.ij.§.Seruius autem ſulpitius.ff. de orig.iuris.l.ſi quis ex argẽtariis.§.pen.ver.inſtructus eſſe poteſt ſuæ profeſsionis.ff.de eden.quo caſu ſi quid fuerit ab eo omiſſum præſumendũ eſt, quod hoc doloſe fecerit arg.l.

con-

conſtitutiones.C.de iur.& fact.igno. in l.regula.ff.eod. titu. in §.illud, in §. fin.in auten.de tabel.per quos ita concludit Anch. in cap.cauſam quæ. de teſti. Ricar. Malumb.in quæſtione incipiente teſtis. Bal.in l. poſt diuiſionem. C. de iur. & fact.igno.& videtur hoc eſſe generale quòd potius ſcientia quam ignorantia præſumatur.l.fin.C.de decret. ab ord. fac.l.Methrodorum. ff.de pen.gl.ordinaria in l.ne quid.ff.de
3 incen. rui.& nauf. † & hoc maxime quia iſte ſolemnitates ſunt cauſa deducẽdi contractũ ad effectum, & ideo prius de ipſis cõſtare debet & ſi non conſtet contractus debet vitiari.iuxta.c.cæterum.de iud.& l.hæc autem.§ i.ff.quib. ex cau. in poſ.ea.l.ſed & ſi de ſua.ff.de acqui.hær.l. quæſitum, & ibi Bar.ff.de re iud.l.ſi is apud quem.C.de eden.l.ſi finita.§. idẽ Iulianus.ff.de dam,infec. & conſequenter ipſi notarij penas
4 falſi luent,& † hoc eſt not.contra ipſos notarios, quia dato quod alias videamus, quod in his quæ vergunt in alterius prẹiudicium prẹſumatur dolus nihilominus in contrarium datur probatio.l.ſi non conuicii.C.de iniur.l. ſi falſos. l. nec exui.C.de fal.per Cyn.in l.j.C.de ſicca.Bald.in conſi.clv. in iiij.volumine,quod ea ratione eſt quia in pẹnalibus mitior eſt facienda interpretatio.l.ſi præſes.ff.de pen. c.in penis. de
5 regu.iur.lib.vj.†& ideo cauti ſint tabelliones debitas ſolemnitates in inſtrumentis apponendo,& ſciant ſe aliter pẹnas falſi non euitaturos niſi probata bona fama in conſequentiam auferetur præſumptio doloſa & ſic quantumcunque principaliter non detur probatio. tamen in conſequentiam dabitur.l.i.& quod dicimus.ff.de aut.tut. l. interdum.§. qui furem, vbi caſus peregrinus.ff.de fur.l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iud.l.iiii.§.ſi dicatur.ff.fini.reg.facit etiam tex.val de ſing.in l.non ſolum.in §.i.ff.de procu.iuncta.l.i.§. pen. ff. de ſat.tut.quem pro ſing.allegat Ioan. de Imo. in l. pen. in §.ad crimen ff.de publ.iud. Quod autem verum ſit quod probata bona fama extinguatur præſumptio doli
6 † Primo ſuaderi poteſt per glo.ſing. in l.Titio fundum. ff. de condi. & demonſtra. quæ dicit quod non eſt præſumendum quòd vir bonus mentiatur, & conſequenter dolum committat, vt voluit text.elegans in cap.ij. de oper. no.

nun.

nun.& glo.in c.expedit.xii.quæſt.i.facit quod voluit Angelus in l.ſi bonefidei.ff. de rei vend. vbi refert etiam poteſtatem Bononiæ fuiſſe excuſatum quia aſsignauit totum palatium cuidam graui & bonæ famæ viro pro carcere recepta iuratoria cautione de nõ recedẽdo, quod etiam in ſimili affirmat Io.And.in addit.ad Specu.in tit. de locat. in princip. facit tex. in c. Lugdunenſis.xii.quæſt:iii.in c.omnes. vii.q.i. cap. ad apoſtolicæ.de re iud.lib.vi. in l. igitur. in §.poteſt.ff. de lib.cau.in l.fi.ff.de abig.in l.in hac.de condi.triti. glo. in l.
7 j.in §.i.de rip.mun.in l.ſemper.ff.de regu. iur. †Sciant tamen ipſi tabelliones quod iſtud erit ipſis difficilis probationis, cum ea non faciant quæ in ſe vellent alium facere, quo caſu viri boni appellari nõ poſſunt, quia vt dicit Chriſtus in euangelio omnia quęcunque vultis quod faciant uobis homines, vos eadem facite illis.l.j.ff.de ſolut.& in prohemio decret.cum etiam non conſilio polleant, iuxta l. certe.§.i.ff. fami. her. cum penalia committant quod boni viri non eſt,iuxta l ſi pendente.ff. de vſufruc.not. Bal. in l.iuſtitia.ff.de iuſt. & iure.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

Notarios ex ſolo eorum ſtilo clauſulas in inſtrumentis uulgarium apponentes: errorem committere.

1 ☞ *Clauſulã codicillarem ex ſolo notariorum ſtillo in inſtrumentis appoſitam nil operari.*

2 *Propria uerba cõtrahentium debet notarius in inſtrumentis apponere.*

3 *Inſtrumenta non recipere ſupplementum facti.*

4 *Contractus non debet quid operari præter contrahentium uoluntatem.*

5 *Pacta & cõuentiones ex cõſuetudine interpretãdas.*

6 *Notarios in clauſulis concernentibus ius intelligi rogatos ſecundum eorum ſolitum.*

7 *Verba uulgariũ, ſunt interpretãda ſecũdũ eorũ uſum.*

SI QVIDO conſtet tabellionibus clauſulas ex ſolo eorum ſtilo in inſtrumentis vulgariũ appoſitas, factum contrahentium concernentes, nihil operari & eſt mirab. doct. Bartol. in l. j. C. de
1 cod. vbi dixit Bart. quod † clauſula codicillaris appoſita in teſtamẽto ex ſolo notariorum ſtilo nihil operatur, vt eſt text. ad literam in l. fina. in §. penulti. in verſi. niſi ille id complexus ſit. C. de codicillis. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. quod ſequitur Abbas ſyc. in cap. cum contingat de iur. iur. Ant. Butr. in cap. quintauallis, eod. titu. glo. in l. ſi
2 non eſt. C. de cond. ex leg. quæ dicit quod † notarius non poteſt apponere niſi verba contrahentium, quam ſequitur Innocen. in c. fraternitatis extra de hære. Bal. in l. cum precibus. C. de appel. & eſt glo. in §. j. in auct. de tabe. quæ dicit, quod omnia quæ ponit notarius in inſtrumentis debet vel
3 audire vel videre quia † inſtrumenta non recipiunt ſupplementum facti. cap. cum P. tabellio extra de fid. inſtru. glo. in c. veterum. x. diſt. habetur in l. Imperator. ff. de ſtat. ho. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. in l. errore. C. de teſti. per Specu. in titu. de inſt. edi. in §. poſtremo. in verſi. quid ſi confecto, per Bal. in rub. C. de fid. inſtru. Nicol. de Mata. in l. ſi ex falſis. C. de tranſ. quod maxime locum habet ſi nõ ſint clauſulæ quę ex legis interpretatione non ſubaudiantur quia alias ſecus,
4 vt in l. fi. C. de fideiuſ. in l. cũ quid. ff. ſi cer. pet † alias ſi indiſtincte poſſet omnes clauſulas ex ſolo eius ſtilo notarius apponere contractus poſſet quid operari vltra contrahentiũ voluntatem, quod quidem eſſe non debet. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. l. quoniam indignum. C. de teſt. l. cum aquiliana. ff. de tranſ. l. tres fratres. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. l. in lege.
5 ff. de con. empt. † nec obſtaret ſi adduceretur doct. Bal. in l. liberti. C. de oper. lib. vbi dixit quod conducens aliquem ad operandum tenebitur ad victum & ad feramenta ſecundum

dum conſuetudinẽ loci per tex. in l.excepto. C.loca. eiuſdẽ Bal.in rub.C.de reuo.his quę in frau.vbi dixit quod notarij poſſunt apponere oẽs clauſulas quæ ex conſuetudine veniũt per d.l.fi.Iacobi de Aren.in d.l.excepto,vbi dixit quod electus ad aliquod officiũ intelligitur electus cum ſalario cõ ſueto.Bart. in l.i.C.de paſcu.publ.vel priua.lib. xi. vbi dixit quod officiales deputati ad vendendũ gabellas intelliguntur deputati ſecundũ ſolitũ.eiuſdem Bar.in l.ſi fraudator.ff.quæ in frau.cre.in l.quod ſi nolit.§.qui aſsidua.ff. de edi. edict. & alia propemodũ infinita de quibus per And.Barb.in c.cum. M.ferrariẽſis.nu.151 .cum quatuor ſequẽtibus numeris de cõſt.& in c.quod translatum de officio dele.ex quibus con-
6 cludi videtur quod †quando notarius eſt rogatus facere inſtrumentum ſecundum ſuum ſolitum, quod affirmauit in terminis Hoſtienſis in tit.de fid.inſtru.per tex. in l. ſi ſeruũ plurium.§.ſi numerus.ff.de lega.j. facit. l. vel vniuerſorũ.ff. de pig.act.l.ſi prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu.arcẽ.l.ædiles.§.item ſciendum.ff.de edi.edic.in l.dominis prædiorũ.C. de agri.& cenſi.lib.xi quia hæc omnia ſibi locum vendicant in clauſulis concernentibus ius vel factum,quod ſi non fuerit appoſitum ſubintelligitur ſecundum terminos theoricę Bald.in d.rub.C.de reuo.his.eam intelligendo ſecundũ legem quam adducit ſcilicet.l.fi.C. de fideiuſ. ſecus autem in aliis clauſulis & maxime quando faciunt inſtrumenta vulga
7 rium†quia eorum verba ſecundum ipſorum vſum non aũt peritorum ſunt intelligenda quia verba interpretantur ſecundum vſum loquentis.l.ſi dictum.ver. non ita vulgus opinatur.ff.de euict.l.ita vulneratus.§.ita videtur.ff. ad l.aquil. l.item prætor.ver.non proprie.ff.de ſuis & leg.glo. communiter reputata ſing.in l.ii. ff. de orig.iur.

CAP. X.

SVMMARIVM.

Notarios inſtrumenta in ſcriptis celebrata & abreuiaturis confecta,poſtea extendentes aberrare.

1 ☞ *Inſtrumenta de quorum ſubſtantia eſt ſcriptura debent prius in totum ſcribi poſtea publicari.*
2 *Qualitates ĩ actu requiſitæ debẽt ab initio ĩteruenire.*
3 *Quid non poſſe dici pfectũ, ſi quid ſuperſit ad agendũ.*
4 *Quod completum non eſt, probationem non inducit.*
5 *Dictio (& cætera) facit intelligi inſtrumentũ ſecundũ conſuetudinem aliorum inſtrumentorum.*
6 *Contra notarios ad intereſſe agi poſſe cnm eorũ ſimplicitas partibus obeſſe non debeat.*

HAVD Tabelliones ignorent quod inſtrumenta & alia acta in ſcriptis celebranda ab ipſis confecta extendere non poſſunt, quia inſtrumenta
1 † de quorum ſubſtantia eſt ſcriptura, debent prius in totũ ſcribi, poſtea extẽdi, vt tradit Bar. in l. Gallus. in §. idẽ credendũ. ff. de lib. & poſth. motus per tex. in l. contractus. C. de fid. inſtru. de quo dicto facit feſtum D. Abbas in c. i. extra eod. Bal. in l. Imperator. in iiii. col. in ver. ſed nun quid. ff. de ſtat. homi. Et hoc ſuaderi optima ratione poteſt, quia ſcilicet actus in ſcriptis celebrandus, de quibus per doctores in l. cenſus. ff. de prob. in d. l. cõtractus. & in c. i. de cẽſ. lib. vj. vbi cõnumerantur quadraginta caſus in quibus ſcriptura requiritur, non debet dici perfectus niſi ſcriptura ab
2 initio interueniat: quia † quãdo aliqua qualitas ſubſtantialis in aliquo actu requiritur, nõ ſufficit eã ex poſt facto interuenire. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. hær. not. in l. obligari in §. tutor. ff. de excu. tut. per Bal. in l. i. in col. antepen. C. qui admit. ergo cum in contractibus in ſcriptis celebrandis requiratur perfectio ſcripturæ, debet prius ſcriptura
3 totaliter perfici poſtea publicari, quia alias † contractus non diceretur perfectus ſi quid ſupereſt ad agendum. l. cum ſilanianum. C. de his quib. vt indi. c. conſideret. de penit. diſt. iii. c. animaduertendum. xxii. quæſt. ii. alias ſequeretur quod cõtractus diuerſo contextu poſſent celebrari, cõtra l. i. ff. de verb.

verb.oblig.l.hæredes palam.ver. & vno contextu.ff.de teſta.
4 l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ. † Item etiam ſequeretur quod id quod completum non eſt probationem aliquã produceret ſi talia inſtrumenta inextenſe ſcriptã poſtea notarius extendere poſſet, contra tex.in l.ij.C.de ſent.ex. per.re. cap.fin.de iud.l.ſi is qui.ff.de teſta.not.in l.Lucius. ff. de milita.teſta.in l.fideicommiſſa.in §.quotiens.ff.de legat.iii.cap. cum p.tabellio de fid.inſtru.§.nos autem.in auct.de tabe.vbi eſt tex.in terminis comprobans hanc opinionem, pro qua facit etiam tex.in l.j.C.de iuſt.cod.conf.not.Specu.in §. poſtremo in ver.item opponitur, de inſtru.edit. quod comprobat Barba.in repetitio.titu.extra eodem.in xxxii.colum.vbi refert ſe vidiſſe de facto dubitari quod cum quidam notarius poſuiſſet in prothocollo ſuo in primo inſtrumento huiuſmodi pactum, videlicet quod ſuperficiarius ſi faceret melioramenta in ſolo eccleſiæ quod talia melioramenta finita emphiteoſi cederent in vtilitatem eccleſiæ de quo per Bal. in c.Domino gueram.in tit. hic incipiunt conſuetudines regni. in auth.excipitur.de bo.quæ lib. in c.j. de cõtrouer. inueſt.in l.fi.in §.emptor. C.cõ.de lega.poſteaq; in alijs inſtrumentis ſcripſerat cum pacto & cætera.dubitabatur nunquid tale pactum deberet intelligi ſecundum qualitatem primi
5 inſtrumenti, † & proculdubio videbatur dicẽdum quod ſic, ea ratione quia de natura huius dictionis, & cætera eſt vt illud cui talis dictio applicatur, intelligatur ſecundum conſuetudinem aliorum inſtrumentorum ab ipſo notario in tali materia confectorum vt tradit Bart.in §. idem credendum. Bald.in l.reſcript.C.de fid. inſtrumen.Ioan.de Imol.in cap. Ioannes heremita extra eod. & tamen contrarium determinatum fuiſſe refert Barb. ex eo quia de ſubſtantia talis pacti eſt ſcriptura, vt tradunt ſcribent.in d.cap.i.de cenſ.lib. vj.Ioan.de Imo.in c.potuit.de locat. & hoc dicit eſſe menti
6 tenendum † & ideo caueant notarii quia ſi quid tale ommiſerint contra eos ad intereſſe agi poterit, vt habetur in l.i.in fin.ff.de fal.in l.ſi librarius.ff. de regu.iur.& ea eſt ratio quia ſimplicitas notariorum nõ debet partibus obeſſe vt eſt tex. in l.fin.C.de fideiuſ.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

Notarios declarantes uoluntatem ſuam in inſtrumentis inſcriptis celebratis deſcriptam, culpandos fore.

1 *Sine rogatu, notarios inſtrumēta facere nō poſſe.*

2 *Multos poſſe facta declarare, licet de nouo quid introducere nequeant.*

3 *Præcipita feſtinatione inſtrumenta celebrāda nō eſſe.*

4 *Iudices ad ſententiam feſtinare non debere.*

5 *Obſcura uerba inſtrumenti, ante publicationem fore declaranda.*

APERTVM ſit tabellionibus, quod ſi in inſtrumētis in ſcriptis celebratis aliquid obſcure cōceperint, nō poſſunt poſtmodum talibus inſtrumētis publicatis voluntatē ſuā exponere niſi partibus mādantibus, licet cōtrariū & peſsime ſeruare videatur, vt tradit Bal. in rub. de fid. inſtr. in col. xiij. in ver. ſed pone tabellio. Angel. in l. Imperator. ff. de ſtat. ho. Bar. in l. Gallus. in §. idē credendū. ff. de lib. & poſth.
1 & ea eſt ratio quia † notarius nō pōt aliquid facere niſi fuerit a partibus rogatus. §. i. & §. pen. in auct. de tabel. & conſequenter ſi contrariū fecerint poterūt de falſo puniri, & hoc
2 eſt notabile dictum, contra ipſos notarios † cum alias videamus quod dato quod iudex data ſententia non poſsit aliquid addere vel diminuere nihilominus poteſt ipſam declarare. l. iudex poſtea quā l. Paulus. ff. de re iud. videmus etiam quod licet ſtatutarij non poſsint aliquid addere ſtatutis antiquis nihilominus poſſunt ipſa declarare, vt eſt not. glo. in c. ſi quis viduā. xxxiiii. diſt. Bald. in l. j. in §. huius ſtudii. ff. de iuſt. & iur. vbi dicit, quod quanuis aliquo tranſacto termino non poſsit pars nouiter articulare, poterit tamen antiquos articulos declarare, quia qui declarat nihil de nouo inducere

ducere dicitur.l.hęredes palā ver.ſed ſi notā.ff. de teſta.Bal. in conſi.cccix.in ſecūda parte, vbi dicit qđ ſaltim debet interuenire iudicis cōſenſus,& ideo cū his omnibus reſpōdeat
3 vnico verbo Bar.in d.l.Imperator. †Cauti eſſe debēt tabelliones præcipita feſtinatione inſtrumēta vti ſolent nō celebrātes,ne alias vt dixi de falſo teneatur ſicut videmus in ſimili qđ teſtis pręcipitāter deponēs nondum ſibi lecto toto articulo, redditur falſarius.§.ſed ſi aliquid.v.qō.itē videmus ꝙ laudū præcipitanter latum,eſt ipſo iure nullum:vt tradit
4 Bal.& Iac.Butr. in l.prolatā.C.de ſent.& interlo.†facit glo. in c.iure gentium.de re iud.in c.fin.de elect.lib.vj. tradit idē Bal.in prima conſtit.fforū.vbi innuit contra iudices feſtinantes ad ſententiam & in l.ſi cum ipſe.ff.de excu.tut. vbi dixit quod ſi iudex feſtinatione precipiti diſcedat a bancho pars poterit interponere appellationē iuxta not. in l.diuus Claudius.ff. de in integ.reſt.facit tex.in l.tutor qui. in §.tutor.in ver.precipiti feſtinatione.ff.de admi.tut.& in l.i.in ver.ſententia feſtinari non ſolet.C.de requi.re. facit glo.not.in l.ſi ex-
5 preſsim.ff. de appel.†& cōſequēter cōcluditur quod ſi quid obſcure conceperint hoc ante publicationem declarent : vt in ſimili tradit Bal.in l.j.in ix.col.C. de furt. vbi dixit ꝙ teſtis antequam diuertat poteſt depoſitionem ſuā declarare.

C A P. VII.

S V M M A R I V M.

Notarios credentes ſe in cauſis arduis de ſua commiſſione ſibi à iudice facta eſſe rogatos, reprehēdendos.

1 ☞ *Cauſæ maioris partis bonorū,crīalibus eqparari.*

2 *Ardua in qualibet diſpoſitione cenſentur excepta.*

3 *Ardua in generali diſpoſitione non uenire.*

4 *In examinatione teſtiū,alicuius cauſæ grauis et iudicē & notarium & honeſtas perſonas fore adhibēdas.*

5 *Vexari litibus & expenſis grauiſſimum reputari.*

HAVD Notarios fugiat quod quantuncunque Bart.in l.ex ſententia.ff.de teſt.tut.dixiſſe videatur, quod notarius poteſt intelligi rogatus de ſua commiſsione ſibi à iudice facta, quod nihilominus hoc non procedit in cauſis
1 arduis† veluti in cauſis criminalibus vel maioris partis bonorum quæ criminali ęquiparãtur,vt not.Bal. in l. parẽtes. C.de teſt.Pet.de Anch.in conſi.xxvii. facit tex.in l. propter litem.ff.de excu.tut.habetur in c.frequens.de reſti.ſpol.,hoc eſt not.dictum Bal.in l.iudices.C.de fid.inſtr. vbi hoc ad literã affirmauit declarando dictum Bar.de hoc eſt not. dictũ
2 Abbat.ſyc.in conſi xiij.†vbi dixit quod quantuncunque vigeat cõſuetudo quod ciuitas poſsit aliquid agere ſine cõſenſu rectoris quod hoc tamẽ nõ procedit in arduis per l. pen. C.de decu.lib.x.l.pen.& fin.C.de legat.eo.lib. facit ſing. dictum Hoſti.in c.literas.de reſti.ſpo.vbi dixit. quod licet conſuetudo conferat iuriſdictionem. l. viros.C. de diuer. offic.
3 lib.xii. † non tamen hoc procedere in cauſis arduis quæ in generali diſpoſitione non veniunt. cap. per venerabilem.§. rationibus. qui fil. ſint leg. facit quod habetur Exodi. xviii. cap.vbi dicitur. quod ardua referebantur ad Moyſem: facit dictum Innocen.in cap.j.de procu.vbi dicit quod quantuncunque prępelatus poſsit procuratorem conſtituere ſine conſenſu capituli,hoc tamen in arduis non procedere c.fi.§.penultimo de officio deleg. idem Innocentius in cap. cauſam quæ:de iudiciis. facit aliud mirabile dictum eiuſdem Bald.
4 in l.nullum.C.de teſtibus. † vbi dixit. quod vbi examinantur teſtes in aliqua graui cauſa non ſolum notarius & iudex, verum etiam honeſtæ perſonæ debent adhiberi, coram quibus examinentur: quod etiam not. in practica, & ea eſt ratio, quia ſufficientia vnius adiuncti habet ſupplere defectum alterius:vt tradit idem Bal. in l. Imperator: in iiii.colum.ff.de ſtat.ho.in l.ſi quis ex argentariis.in verſi.cogentur.ff.de edendo.facit tex.peregrinus in l.ſi is qui duos. ff. de lib.legat.not.Saly.in l.ſocietatem.in vlt. colum.C. pro ſocio. facit tex. in l.præſcriptio. C. ſi contra ius. †Et ideo cauti ſint tabelliones ne litigantes vltra debitas penas vexentur

xentur litibus & expenſis quod quidem grauiſsimum repu tatur.l.ſi quis ſignatoribus.ff.quemad.teſta.aper.l.properã dũ.C.de iud.l.j.§.& poſt operis.ff. de noui ope. nunc.l. quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cert.pet.c.cordi. de appel. lib. vi.c. finem litibus.de dol.& contum.c.nonnulli.de reſcrip.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

Notarios uſurarios contractus falſos uel ſimulatos ſcribentes: plectendos fore.

1 ☞ *Vſuras eſſe contra ius naturæ.*

2 *Nullam auctoritatem nec pontificalem nec imperialẽ poſſe natura uel uerbis dominicæ ueritatis abuti.*

3 *Simulata ea dicuntur, quæ non ſunt re uera celebrata.*

4 *Inſtrumenta falſa immunitatis ſcribentes igne comburi ratione criminis quod alijs maius eſt.*

5 *Tripliciter falſi crimen committi poſſe.*

6 *Nunquam falſum in intellectu cadere.*

ANIMADVERTANT tabelliones qđ qui vſurariũ inſtrumentum cõſcripſerint infames efficiũtur, nec poterunt amplius inſtrumenta celebrare, vt eſt ſing. dictum Hoſtien. in tit.de vſur.in §.fin.in ver.quid de notario: quẽ confirmat Archid.& ſequũtur Moderni in c. ſicut. xlvi. diſt.quẽ Ludo.Roma.pro ſing.allegat in ſingulari ſuo.380.
1 & ſuadetur ex eo † quia vſurę ſunt contra ius naturæ, cum quod pecunia fructũ geminet contra ius naturale ſit vt habetur Leuiti.xxv.& tradit philoſophus in primo polit.& in iiii.lib.heti.vbi dixit quod cõtra naturã eſt quod artificialia germinẽt, ſed pecunia eſt artificialis.l.j.ff.de contra. empt.c. eijciẽs.lxxxviii.diſt.ita placuit Beato Thome de aqui.in ſe-

cunda

cunda ſecundæ quæſtio. lxxviii. & videtur fuiſſe de mente Bal.in l.ij.C.de ſum.Tri.& fid.cat.Imperatoris in §.j.in auctẽn.de eccle.titu.& ſcribitur apud cytaredum Dauit, vbi dicitur quis aſcendet in montem Domini,aut quis ſtabit in loco ſancto eius? qui non dedit pecunias ad vſuras, & conſequenter cum vſuræ ſint contra iura diuina & humana clemen.i.de vſur.c.ſuper eo extra eo.titu.habetur Matth.vi. ſi notarius confecerit vſurarium inſtrumentum, præſumitur qnod voluerit natura abuti & peccare in Deum,quod videtur eſſe mirabile iux. not.per Innocen. in cap. ſuper his de voto.per Ioan.de Imo.in c.i.de vſur.lib.vi.& ideo nimirum
2 ſi tabelliones officio tabellionatus veniunt priuandi † cum nulla auctoritas nec pontificalis nec imperialis poſsit vel natura vel verbis IESV CHRISTI abuti.l.eos.l.legatum.ff.de capi.dimi.cap.Iulianus.i.diſtin.cap.Dominus.cap. is qui reſiſtit.xi.quæſt.iii.ſi autem notarij ſimulatos cõtractus conſcripſerint manum proculdubio amittet, vt eſt tex. peregrinus in c.in rationibus. in §. ſcribam.de alie.feud. per
3 Feder.in vſi.feudo.†.& ea eſt ratione quia faciendo ſimulata inſtrumenta faciunt id quod non eſt l. item prætor. ff. de ſuis & legit.l.ſi non verum imo ſimulatum.C. de dona. inter vir.& vxor.l.emptor.de aqua plu.arcen.Bald in l. fraus. ff.de legi.quo caſu faciendo contractus ſimulatos eos faciũt in fraudem legis vel hominis, & ideo non immerito manus mutilatione puniuntur iux. not. per Bald. in l.non dubium.C. de leg. per Innocen. in cap.cum in officiis.de teſt. per glo.in c.plerique.xiii.quæſt.iii.per doctores.in l.ſi liber-
4 tus minorem.ff.de iur.patrona. † ſi vero falſa inſtrumenta proſcripſerint & ſint inſtrumenta immunitatis vel ſimilia igne cõburentur vt eſt glo.fin.in l.i.C.de immu.nemi.conc. & nimirum eſt ſi in tali caſu maiori pœna puniuntur quia crimen falſi eſt maius quam omnia mundi crimina ſecundũ Bart. in l. tranſigere.C. de tranſ. & ideo ſint cauti tabellio-
5 nes†quia tripliciter falſi crimẽ committere poſſunt..primo. re & nomine, vt in caſu iſto, & iſtud conuertitur in nullũ.l.
6 Paulus.ff.de verb.ſigni.l.licet.ff.de procu.†quia nunquã falſum cadit in intellectu vt eſt doctrina philoſophi in iiii. de anima,

anima,& falſum eſt qđ nihil eſt cap.principiũ.de pœnit.diſt. ij.& eſt ſententia eiuſdem philoſophi per omnes ſententiarũ libros. ſecundo modo falſum cõmittere poſſunt faciendo actum expreſſe vel tacite a lege reprobatum. l. cũ quis.ff. de ſolu.l.eius qui.ff.ſi cert.pet.tertio falſum cõmittere poſſunt debitas ſolẽnitates omittendo.l.poſt legatũ.ff. de his qui.vt indi.l.i.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.teſta.l. iubemus.C.de teſta.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

Notarios per alios inſtrumenta explicãtes ẽtſi iuſto impedimento fuerint impediti: reprehenſione dignos.

1 ☞ *Inſtrumenta non exigentia ſcripturam poſſe ſecundum conſuetudinem aliorum inſtrumentorum extendi, à notarijs non ab alijs.*

2 *Quædã poſſe fieri per ſe, quæ nõ poſſunt fieri per aliũ.*

3 *Neceſſitatis cauſa multa fieri, quæ aliàs illicita eſſent.*

4 *Regulariter quod quis poteſt per ſe, poteſt per alium.*

5 *Notarios per alios ubi impediti ſunt inſtrumẽta exhibentes ſpecificã mẽtionẽ impedimẽti facere debere.*

6 *Quæ ſpecialiter & expreſſe fiunt plus operari quàm ea quæ fiunt in genere.*

NON ignorent notarij ſe non poſſe per alios inſtrumenta explicare niſi fuerint iuſto impedimẽto impediti, vt dicit Bar. in l. diuus. in §. idem ſenatus.ff. de fal.Bal. in l.fin.in ij. colum.C. de re iud.in l.fina.C. de ſpor. in rub. C.de fid. inſtru. Angel. in §.j. in auctẽn. de tabel. & ſua-
1 detur ex eo † quia notarius qui inſtrumentum confecit. poterit

terit ipſum extendere ſecundum conſuetudinem ſuam, vt
tradit Bart.in l.Gallus.in §. idem credendum.ff.de lib.& po
ſthu.Bal.in auct.ſi quis in aliquo.C.de eden. quando maxi-
me in his ſumus de quorū ſubſtantia non eſt ſcriptura, ſed
alij inſtrumenta exhibentes nō poſſunt nec minimum qui-
1 dem verbum addere vel mutare,ſecundum Bal.in d.rub.C.
de fid.inſtru.quem ſequitur Nicol.de mat.in l.ſi ex falſis.C.
2 de tranſ. †nec mirum poſtmodū eſſe debet quia id qđ quis
per ſe facere poteſt, non poteſt per alium, quia videmus in
ſimili qđ licet maritus poſsit occidere vxorem in adulterio
deprehenſam non tamen poteſt hoc alteri demandare.Bal.
in c.ſi vero.de pac.iur.ſir. Cyn.in l.j.C.vnd.vi.gloſ.in l.cum
fundum ff.de ui.& ui.ar.item quis poteſt ſe ipſum defende-
re,& tamen non poteſt hoc alteri demandare. Bald. in l. vt
vim.ff.de iuſti.& iur.in l.accuſationibus.C. quod met. cau-
ſa.in l.ad officium.C.com.diui.in l. Graccus.C. ad l.iul. de
3 adult.†ex cauſa tamen neceſsitatis hoc notarij facere poſ-
ſunt.cum eius gratia multa fieri concedantur quæ alias fieri
non poſſunt.l.i.ff.de officio eius.l.fin.§.ſin autem.C. de iur.
delib.l.ij.C.de pat.qui fil. diſt. vbi pater ex cauſa neceſsita-
tis poteſt filium vendere,poteſt etiam quis furari.cap.iii.de
furt.hominem occidere.clemē.de homici. domum vicini de
ſtruere ſi propter deſtructionem incendium euitatur. l. ſi
quis fumo.ff.ad l.aqui.& ſimilia fieri de quibus per doctores
in l.j.C.de oper.lib.in l.ij.de offi.procon.in l.ii.ff. ſi cert.pet.
Rom in l.ſi vero.in §.de viro.in xxxix.fallen.ff.ſolū. matri.
Alex.in l.ſi præſidis quam legit cum l.præcedenti, ff. ſi cert.
4 pet.†alias autem regulariter quod quis per ſe poteſt etiam
per alium facere poteſt,vt eſt not.dictum Saly.in l.non ideo
minus.C.de accuſ.Roman. in l.ſi is qui.ff.de vſu. Alberi. de
5 roſat.in tracta.ſtatutorum in iii. parte quæſtio.xl.† animad
uertant tamen ipſi notarii quod ſi quid tale euenerit quod
ſcilicet aliquo impedimento impediti per alios inſtrumenta
explicent, debent in ipſis inſtrumentis ſpecificam & ex-
preſſam facere ſubſcriptionem ſecundum Bart. in dicta l.
diuus.in dicto §.idem ſenatus. Bald. in d.rub. C. de fid. in-
6 ſtrumē.& ea poteſt eſſe ratio quia †ea quæ ſpecialiter & ex-
preſſe

preſſe fiunt magis operantur, quam ea quæ in genere fiunt. l.item apud.§.hoc edictum.ff.de iniur.l. ſi quis mihi bona.§. ſed verũ.ff.de acquirẽ.hæred.l.quintus.§.ſed quid.ff. de aur. & argen. lega.& de prædictis videtur tex.in §.fin.in auctẽ. de tabe.& in §.ſed & ſi.in auct.de fid.inſtru.

CAP. X.

SVMMARIVM.

Notarios facientes legalitates in inſtrumentis & nõ dicentes contrahentium nomina & contractum incipere ſic, & finire ſic, in tenebris uerſari.

1 ☞ *Cuius licentia legalitates in inſtrumentis & quare ſint celebrandæ.*

2 *Honorem proprium negligentes crudeles fore, cum melius ſit omnia perdere præter famam.*

3 *Pro honore conſeruando licitum eſſe intrare duellum beati enim qui poſſident bonam famam.*

4 *Vbi de honore agitur caute eſſe procedendum.*

5 *Fidem à diuina prouenire clementia.*

6 *Scientiam non poſſe reddi falſam.*

CAVEANT Tabelliones, quod cũ ſeruetur in pratica vt quando portantur inſtrumenta à longinquis partibus, portentur & literæ teſtimoniales quæ vulgo legalitates appellãtur
1 † & ſumuntur de poteſtate illius, in quo degit tabellio ad teſtandum illum fore fidelem & legalem qui tale inſtrumentum celebrauit, ne aliàs negatione, fides & legalitas ipſius tabellionis dubia efficeretur iux. not.per Bar. in l.non ſolum.in §.qui alieno.ff.de procu.nam facta fide de fidelitate & legalitate ceſſabit omnis ſiniſtra ſuſpitio vt ſu-
2 pra dictum eſt † & facit quia vt dicunt ſcribent. in l. tranſigere.

ſigere.C.de tran.qui honorem ſuum negligit crudelis eſt,& habetur in c.ii.de purga. can.& ſapienter magnanimus dixit Apoſtolus.expedit mihi potius mori quam, vt quis gloriam meã euacuet,melius enim eſt perdere omnia bona quã famam.vi.q.j.c.ex merito.& magnus dicit eccleſiaſtes, maior eſt amiſsio famæ quam oculorum.c.nolo.xii.q. i. l. infa-
3 miam.C.de decur.lib.x.† & dixit Bald.in c.j.in §.ſi quis hominem in tit.de pa.tene.in vſi. feud.quod pro honore conſeruando licitum eſt introire duellum. idem Bal.in cap. veniens il primo.de teſti.quod ſicut facit corpus vmbram illuſtratam a ſole, ita fama a ſe bonorum operum vmbram, & Beatus eſt qui poſsidet bonam famam.& ideo dicebat Cice. iiii. Philip.accẽdimur ſtudio laudis: & ſummus dicebat pſal miſta.Deus laudem meã ne tacueris.& celebris humilitatis ſplendor IESVS CHRISTVS perfidos arguens iudæos
4 dicebat vos dehonoratis me. † & ideo quando de honore agitur eſt cautiori ingenio procedendum cap. vbi periculum.de elect.lib.vi. & conſequenter facta fide de bona fama
5 ipſius notarii ceſſabit vt dixi omnis doloſa ſuſpitio † maxime quia fides ipſa prouenit à diuina clementia. cap. ea quæ extra de reſcrip.cap.cum Paulus.cap. principatus. i. quæſt.i. & Aug.in lib.de ciuit. Dei quem retulit Gratianus in c. qui ſine ſaluatori.xxiii.q.ii. ita dixit Ambro. quem refert idem Gratianus in §. hinc eſt.xxxvii. diſt. habetur in c.non licet. xxvii.q.i.& ideo caueant huiuſmodi legalitates facientes vt dicant nos &c. fidem facimus & impartimur talem notarium qui inſtrumentum inter tales celebrauit incipiens ſic & finiens ſic,alioquin tales legalitates fidem non facerẽt,vt inquit Ioã.de Imo.in c.ij.extra de fid.inſtru.quem ſequitur Ang.in §.j.in glo.in ver.cautę. in auct.de tabel.& Lanfranc. in c. quoniam contra. in ver. ſequitur inſtrumentorum pro ductio,extra de prob.& ea eſt ratio,quia poſſet eſſe quod talis notarius ſit legalis & fidelis,& tamen illud inſtrumentũ non celebrauerit, quo caſu ſi fuerit dictum inſtrumentum inter tales celebratum incipiens ſic & finiens ſic, proculdubio ceſſabit omnis ſuſpitio, quia faciens talem legalitatem innuere videtur illud inſtrumentum ſe ſcire ab eo notario

factum

6 factum† quæ quidem ſcientia nō poteſt reddi falſa.l.iii.§. ſi dubitetur.ff.quemad.teſta.ape.l.ſed ſi diuerſa.ff. de acquirē. hær.quia ſcire eſt rem probabiliter per cauſas cognoſcere idem eſt vt inquit philoſophus in primo phyſi. & in primo poſte.Bal.in c.ii.de conſt.facit tex. in c. occidit xxiii. quæſt. viii.in c.cum cauſam. de teſti.in l.verum.ff.de furt.in l.ſi qui filium.§. Sabini.ff. ad ſenat.conſ. treb.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

Notarios abradentes acta publica, probationem aliquā inducentia in caligine morari.

1 ☞ *Raſuram in inſtrumento repertam inducere præſumptionem falſitatis niſi eius habita eſſet mentio.*

2 *Veritatem occultare falſitatis ſpeciem eſſe.*

3 *Veritatem legis fore amicam.*

4 *Veritatis ratione inſcrutandæ iudicem & fingere & ſimulare poſſe.*

5 *Fidem etiam hoſti regulariter ſeruandam.*

PLANVM ſit tabellionibus quod ſi acta publica probationem aliquam inducētia cancellauerint vel in aliqua ſui parte abraſerint, pœnas non euitabunt falſi, vt eſt not.tex.in l. prima.§. qui rationibus.ff.de fal.iuncta glo.in l.damus.C.eo. per quē tex.ita tenuit Bald. in l.Titia.ff.ad muni.in rub. & in l. fina. C.de fid.inſt.in conſil.cccxxx.incipiente, quidam notarius: & habetur per doctores in c.fin. de crimi fal. per Specu. in
1 eod.ti. in c.ad falſariorum † & ſuadetur ex eo quia ex raſura ipſa prçſumitur falſum id in quo raſura ipſa reperitur.l. Titio.ff.ad mu.l.fin.C.de edi.diui adr.tol. per quem tex. ita tenuit Bar.dicens huiuſmodi prçſumptionē non aliter tolli,niſi

li,niſi habita raſuræ mentione,quia alias præſumitur facta
2 cauſa veritatis occultandæ† quæ quidem veritatis occultatio falſitatis ſpecies eſt l.presbiteri.C.de epiſco. & cleri. clemen.ſæpe.de verb.ſigni.Bal.in l.falſum.C. de fur. in l. præſumptionem.C.ſi contra iuſ. vel vti. pub. Bart. in l. quid ſi falſum. ff. de fal. habetur in §.i.in auc̃ten.de inſtru. fid. per Ioan.de Imo.in conſi.ciiii.per glo.in cap.ne quis.xxii.q.ij.&
3 in cap.in memoriam.xix.diſt.†quo caſu cum veritas ſit amica legi l.j.ver.veritatem colimus. C.de ind.vid.tol.Bald.in c.j.de no.for.fid.in l.iuſtitia. ff. de iuſtitia & iur. & in conſil. x.primi voluminis. per l. taberna.§.idem quæſijt. ff. de pigno.l.is apud quē.C.de eden. & cū cancellans deludat veritatem nimirum eſt ſi de falſo venit puniendus, argu.l. vnicæ.C.de lat.lib.tol.& c.i.vt lit.non con.c.bona.de poſtu.prę lat.cle.cum illuſio,de renunt. & maxime quoniam mendatium factum in legem eſt factnm contra principem quia princeps eſt lex animata in terris. l. imperiali C. de nupt.l. iubemus.C.de ſacroſan.eccle.§.fi.in auct.de conſu.a quo leges emanarunt.l. j. ff. de conſtitu. princi. qui eſt ſicut ſtella matutina quæ in medio nebulæ meridionalis imminet Bal. in §. præterea in vſibus feud. ſed ille qui mentitur principi de falſo punitur, vt not.Innocen.in cap. ex parte decani,de
4 reſcript.Bal.in d.l.falſum. † & hoc eſt ratione veritatis inſcrutandæ cuius gratia iudex & fingere & ſimulare poteſt. c.afferte de præſump. c. ſi quælibet culpa & cap. vtilem. xii. quęſt.ii.per quem tex.ita dicebat Arch.in c.non & in quenquam.xi quæſt.pen.ꝙ iudex poteſt delinquenti impunitatem promittere, & poſtea non obſtante tali promiſsione eum punire: quem ſequitur Felinus & videtur eſſe mirabile
5 †cum alias videamus fidem etiam hoſti ſeruandam cap.noli exiſtimare.xxiii.quæſt.i.Par. de put.in tractatu ſyndicat. in cart.cxxiiii Decius in l.cuius eſt.ff.de reg. iur. quia nihil eſt quod magis in homine fulgeat quam recta fides.l. inter claras.C.de epiſc. & cle. vbi enim non eſt fides ibi iuſtitia eſſe non poteſt.cap.vbi ſana. xxiiii.quæſt.i.& tamen in caſu iſto ſecus eſt tatione veritatis inquirēdæ.Et ideo caueāt notarij ne veritatē occultare ſtudeāt,vt falſi pœnas euitare poſsint.

CAP.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

Notarios feriato die teſtes iudicis commiſſione examinã tes eiſque iuramentũ præſtantes in cõfuſione fore.

1 ☞ *Probationes regulariter iudici eſſe faciendas.*

2 *Non niſi ratione imminentis neceſſitatis iuramentum fore præſtandum.*

3 *Indebite iuramentum præſtitum nihil operari.*

4 *Dictum teſtis ſine iuramento deponentis etiam in cauſa ſummaria & in ſacerdote et in deponente de arte ſua nullum eſſe.*

5 *Medicum de uulnere deponentem, debere deponere diligenti præcedente examinatione.*

6 *Magnæ etiam auctoritatis uiris ſine iuramento non eſſe credendum.*

HAVD notarios lateat, quod ſi teſtes eos die feriato examinare contigerit, quod iudicis commiſsione fieri poteſt, vt habetur per glo. in l. hac conſultiſsima in §. fi. C. de teſta. & in l. iubemus. C. de lib. ca. not. Bald. in additionibus ad Specu. in tit. de teſta. in vlt. col. †quia alias probationes ſunt iudici faciendæ,
1 vt eſt tex. elegans in c. præterea. de teſti. in l. eos. in l. ſi quando. C. eod. titu. l. doce ancillam. C. de rei vend. in l. ſecunda. C. ex quib. cau. maio. in l. quinquaginta. ff. de proba. cum aliis de quibus late per Hippol. de Mar. in l. i. in quarta colum. & in l. de minore in §. plurium. ff. de quæſt. & conſequenter iudex poterit notario committere vt teſtes examinet iuxta not. per Bald. in l. ſi a iudice. C. de proba. vnde ſi

notarios teſtes die feriato examinare contigerit non debent ipſis teſtibus iuramentum præſtare, vt eſt glo. ad hoc reputata ſing. in clemen. j. de officio deleg. & ea eſt ratione quia
2 niſi † imminens neceſsitas vrgeat nõ debet diebus feriatis in honorem Dei repertis iuramentum præſtari. capitulo primo. & capitulo fina. de fer. l. omnes dies feſtos. C. eod. titulo. & ideo ſi in depoſitione teſtis reperiantur iſta verba talis monitus citatus & examinatus ſuo iuramento reſpondit, taliſque atteſtatio die feriato facta ſit tanquam facta tẽpore inhabili nihil probabit vt tradit Bart. in l. ſciendum, de verbo. oblig. Anto. de Butr. in capit. quoniam contra
3 de proba. & ſuadetur ex eo † quia cum tale iuramentum ſit indebite præſtitum nihil debet operari, & perinde haberi debet ac ſi præſtitum non eſſet l. nihil intereſt. ff. de reg. iur. l. Iulianus. ff. ad exi. l. cum hi. ff. de tranſ. ſed dictum teſtis deponentis ſine iuramento nullum eſt l. iureiurandi. C.
4 de teſti. capitulo tuis. extra eod. † quod etiam procedit in cauſa ſummaria in qua non proceditur ſeruato iuris ordine vt eſt peregrina ac ſing. theorica Bart. in conſti. ad reprimendum. in verbo ſine figura. prope finem. ſecundo procedit etiam in ſacerdote. vt tenet communis ſcola canoniſtarum in capitulo teſtimonium de teſti. tertio procedit etiam in teſte deponente de arte ſua vt tenet Ioan. Andr. in cap. fraternitatis. de fri. & male. Abb. in cap. propoſuiſti de probat. gloſſ. in l. comparationem in verbo deponentis. C. de fid. inſtru. faciunt not. in l. prima. ff. de vent. inſpic. & capi-
5 tulo finali. de homicid. † & ideo videmus quod ſi medicus deponat de aliquo vulnere eſſe remanſuram cicatricem, quod debet deponere diligenti præcedente examinatione, vt eſt text. ſing. in l. ſemel. C. de re milit. lib. xii. quem adducit Corn. in ſingu. ſuis in verbo medicus vbi etiam refert quod in diſpoſitione ipſius debet haberi mentio de diligenti examinatione ipſius medici alias eius dictum non
6 valeret † quarto hoc idem procedit etiam ſi eſſemus in magnæ auctoritatis viris. capitulo cum olim. verſi. quærẽdum, de priui. probat Lanfran. in dicto capitulo quoniam contra in ſecunda col. vbi etiam dixit quod ſi rector die feria-

to ſuum ingrediatur officium & iuret ſeruare ſtatuta quod tale iuramentum eſt nullum nec ex eo poterit conueniri:& ideo caueant notarij quia ſi dicunt aliquem teſtem die feriato iuraſſe dicere veritatem mẽdaces ſunt, cum iurare nõ potuerit quo caſu efficiuntur infames iuxta not. per Bart. in l. Lucius. ff.de his qui not. infam. per Paul. de Caſt. in l. ij. in fin.C.de fid. inſtru.per Panor.in c.ii.de ord.cogn. in c. ſuborta.de ſent.& re iud.per Bal in l.ſi ex falſis.C. de tranſ. per Alex.in l.j.in §.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.

C A P. XIII.

S V M M A R I V M.

Notarios primum teſtamentũ ad petitionẽ teſtatoris ſecundo facto lacerantes per opacitatem ambulare.

1 ☞ *Primum teſtamentum per ſecundum legitimam formam non continens non tolli.*

2 *Iuramento partis contra notarios male officium exercentes reſpectu intereſſe ſtari.*

3 *Male officium ſuum exercentes regulariter tunc demũ teneri, quando in dolo uel in lata culpa ſunt.*

4 *Notarij ſimplicitatẽ indiſtincte partibus non obeſſe.*

NON mandent obliuioni tabelliones quòd ſi quis teſtator duo fecerit teſtamenta nõ poſſunt primum ad eius etiam petitionem lacerare vt ſing.tradit Bar.in l. ſecunda.in §.ſi plura.ff.quemad. teſt.aper. quam pro ſingu. allegat Roman. in ſingu. ſuo. cclxx. incipiente teſtator facit, & probat text. in l. qui tabularum. de furt. & ipſius Bart. deciſionem ampliat Albericus in l. contractus. C. de fid.inſtru. habere locum etiã in aliis inſtrumẽtis, eaque po-

1 teſt ratio aſsignari, quia† de facili euenire poſſet caſus nullitatis ſecundi teſtamenti vel inſtrumenti quo caſu ſtaretur primo quia ſecundum non tollit primum niſi fuerit in eo legitima adhibita forma. §. poſteriore. inſtituta quibus mod.teſt.infirm. quia ſolemnitas requiſita in actu conſtituendo requiritur & in eo deſtruendo. l. nihil tam naturale.ff.de regul. iur. l.Stichum aut Pamphilum.§. naturalis.ff. de ſolut. Ariſtote. in primo de genera.& corruptio. Iaſo. in l.vnica.C.de confeſ. in. l. iubemus. C. de lib. cau. Bart. in l.
2 hæredes.in §.ſi quis poſt.ff.de teſta.† Et ideo caueant tabelliones, quia ſi hoc ignoranter fecerint tenebuntur ad intereſſe tanquam male officium ſuum exercentes, & ſtabitur iuramento partis intereſſe prætendentis: vt not. Ioan. Andr. in cap. accepimus: de fid. inſtru. quem referunt moderni in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. omn. iud. & facit tex.
3 in l.fin.C.de mag. con.† & videtur eſſe mirabile, quia alias videmus quod ita demum quis tenetur ad intereſſe quando male officium ſuum exercet, ſi in dolo eſt vel in lata culpa quæ dolo æquiparatur. l. quod nerua.ff. depo. Bald. in l.fina.C.ſi men.fal.mod. dixe. Philippus Decius in l. qui accuſare. C. de eden. vbi dixit quod ſi appăret de dolo notarij ſtatur iuramento partis, ſi de lata culpa non debere ſtari iuramento ipſius partis ſed intereſſe debere probari:
4 vnde quicquid ſit cauere debent tabelliones.† Quia indiſtincte eorum ſimplicitas partibus non debet obeſſe: vt eſt text.ſingu. de quo etiam alias eſt habita mentio. in l. generaliter. C.de fideiuſſ. tradit Bald. in l. ſecunda. circa finem. C.qui accuſa.non poſſ. Fely.in c.cum M.Ferrarienſis in tertia colum. de conſtit. & etiam indiſtincte notarius ignorantiam prætendere non poteſt, quia quis non poteſt prætendere ignorantiam eius in quo verſatur.l.ſecunda.§. Seruius autem.ff.de ori.iur.l.quiſquis.C.de reſcinden.vend.l. quanquam.ff. ad velleia.

CAP.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

Notarios ſua & alterius manu inſtrumenta aliaue acta conſcribentes, periculum inuadere.

1 *Diuerſitatem literæ pſumptionē falſi inducere.*

2 *Ex conie&uris dolum præſumi.*

3 *Dolum dici aſſeuerationem uocis falſæ fallendi animo inductæ.*

4 *Scriptura occidit, ſpiritus autem uiuificat.*

5 *Scripturam quid ueritatis continentem ex falſi particula uitiari.*

6 *Inhabile ex habili ſuſtineri, regulariter loquendo.*

1 APERTVM ſit tabellionibus, † quod ſi apparet aliquod publicum inſtrumentum vel actū ſua & alterius manu conſcriptum, quod talis ſcriptura falſi preſumptionem cōtra eos inducit: vt tradit not. Bal. in l. contractus. C. de fid. inſtru. adducendo tex. ſecundum eum ſing. in §. quod ſæpe in auten. de trien. & ſemiſ. quem videtur ſequutus Bart. in l. fi. C. de edict. di. Ad. tol. vbi inquit, quod quando ſcriptura non concordat facta cōparatione literarum, ſecundum. cap. inter dilectos extra de fid. inſtru. l. comparationes. C. eod. c. ad audientiam de reſcrip. c. licet. §. eos. de fal. quod tunc in-
2 troducitur ſuſpicio falſi † quia ex coniecturis præſumitur dolus. l. non exiſtimo. ff. de excu. tut. l. i. cum gl. C. de inter. matri. c. quia propter. de elect. l. ii. C. de his qui ex pub. ratio. lib. x. c. ii. de renun. lib. vi. l. dolum. C. de dol. auten. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. maxime in his qnæ ſunt præiu-
3 dicialia parti † quia dolus eſt quædam aſſeueratio vocis falſæ fallendi animo inductæ vel machinatio abſcondita al-

terius decipiendi cauſa.l.i.§.dolum.ff.de dolo.l.fi.C.de litig. l.quod nerua.ff.depo.per Cyn.in l.præſcriptione.C. ſi contra iuſ.Bart.in l.contra iura.ff. de legi.l. iii.§. ſi minor. ff. de mino.l.i.in fin.ff.de actio.empt.ſi igitur in ledentibus partē de facili præſumitur dolus, quod eſt not. pro declaratione. l.in cauſæ.§.fi. ff. de mino. ſi ſumus in inſtrumentis vel aliis actis ledentibus partem quæ reperiantur bina manu conſcripta proculdubio iſta debet præſumi machinatio doloſa & conſequenter nimirum eſt ſi de falſo puniuntur notarii
4 †quia vt inquit Bal.in c.j.de conſtit.& in l. commiſſoriȩ. C.
5 de pact.ſcriptura occidit, ſpiritus autem viuificat. † Et ideo caueant notarii quia etiam quod ſcriptura quid veritatis contineat totum nihilominus inſtrumentum vel actus corrumpitur, iuxta illud poeticum modicū fel totum mel amarificat.l.ſi duo. §. item ſi iurauero.ff.de iur. Bart. in l. quædam.§.numularios.ff.de eden.Roma. in l.is ad quem. ff. de
6 acqui.hære.quod eſt not.† quia alias videmus, quod quando aliquid partim eſt habile & partim inhabile, ſuſtinetur ex capite habili.c.ad diſſoluendū de ſponſ. l. qui habebat.ff. de inſti. facit not. dictum Innocen. in c dum ex officij de præſcri.fundatum in aurea. l.domitius.ff.de acquir.hære. & aliud eiuſdem dictum in c. in præſentia. de renun. fundatū in not.c.per tuas qui fil.ſint leg.& ideo cauti ſint tabelliones quia quantuncunque poſſet ſcriptura in parte ſuſtineri nihilominus aliquod commodum non ſentient.c. ex tenore. c.ſedes apoſtolica extra de reſcrip.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

Notarios, ſcribentes emptionem alicuius fundi & poſtea locationē factā ab emptore uēditori, infames effici.

1 ☞ *Venditore in poſſeſſione ſtante emptore permittente contractum præſumi uſurarium.*

Per-

2 *Perceptionem fructuum, legitimum excedentem modum uſurarum præſumptionem inducere.*

3 *Dictionem præſertim, implicatiuam eſſe dictionem.*

4 *Precij paruitatem fraudis præſumptionem inducere, maxime pacto de retrouendendo concurrente.*

5 *Vtile quandoq; eſſe fœneratores reperiri, quia alias multi perſæpe famæ perirent.*

6 *Pacta inſolita facere cōtractum uſurarium præſumi.*

CLARE conſtet tabellionibus quod ſi fuerint rogati de inſtrumēto vēditionis, poſt modum locationis factæ ab emptore vēditori, qđ efficiuntur infames nec poterunt amplius inſtru-
1 menta celebrare † quia talis contractus dicitur vſurarius, arg. l. ſi pignus. ff. de pign. actio. l. quædā. ff. de rei vendi. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de act. empt. l. qui fundum. ff. de contrahen. empt. l. poſt contractū. ff. de dona. & ibi Bar. l. pignus. §. ſuperuacuū. ff. quib. mod. pig. vel hypo. c. illa vos. de pign. vbi hoc affirmauit Petr. de Anch. dicens quod ſi quis emit fundum pro certo precio poſtea ipſum locauit venditori pro certa annua penſione, quod tunc talis contractus præſumitur vſurarius quia emptor paſſus eſt venditorem in poſſeſsione permanere, & adducit Bartol. in dicta l. poſt contractum. Ita conſuluit idem Petrus de Anchatan. in conſilio nono. not. Bald. in l. ſecunda. C. de repu. hære. ratioque rationis eſt ſecundum Abbatem in d. cap. illa vos. quia preſumptio eſt quod permittendo venditorem in poſſeſsione eſſe conſtituta perceptione fructuum pro merce-
2 de pecuniæ † ſi talis perceptio fructuum modum legitimum excedat proculdubio contractus erit vſurarius. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petat. l. ſi tibi decem milia. ff. de pactis. l. cum vltra. C. de non nume. pecu. quia in vſuris facilis eſt præſumptio. capitulo iuuenis. de ſponſ. maxime quando contrahens eſt ſolitus dare vſuras. d. cap. illa vos l. vniuerſorum. ff. de pigno. act. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur. l. item quod

dicitur.ff.ad mace.c.ſemel.de reg.iur. in vi. ſed etiam ſi non
3 ſit ſolitus contractus poteſt vſurarius præſumi†quia d.cap.
illa vos vtitur dictione præſertim,quæ eſt dictio implicatiua.l.illud.ff.ad leg.aquil.l.i.C. in quib. cau.in inte. reſt. cap.
per tuas de ſimo.c.i.de except.hoc tenet Archid.in cap.plerique.xiii.quæſt.iii.adducendo glo. multum ſolitariam in c.
conqueſtus. de vſur.vbi glo.dicit paruitatem precii facere
quod contractus præſumatur vſurarius præcipue ſi contrahentes conſueuerint vel paruitas precii concurrat cum pacto de retrouendendo quia iſtæ duæ præſumptiones faciũt
probationem quod contractus dicatur vſurarius iuxta l.ii.
4 de excu.tut.†quia paruitas precii inducit præſumptionem
fraudis,tex.eſt de iure melior in cap. i. in verbo quis enim
dubitat in tit.qual.hod. feud.poſ.ali.vnde his duobus concurrentibus nimirum eſt ſi contractus redditur vſurarius,
quia alias ſuſpicio fraudis poſſet euitari cum ſolum pactum 1
de retrouendendo poſsit licite fieri.l.i. de reſcin. vend. cap.
cum dilecti.de empt.& vend.l.quotiens.ff. de reg.iur.l.ii. C.
de pac.inter empt.& vend.in d.c. conqueſtus.ſic his duobus
concurrentibus non poteſt aliter dici.argu.l. cum de indebito.ff.de proba.cap.ſuper hoc.de renunt.quia non eſt præ-
5 ſumendum niſi hoc factum gratia neceſsitatis pecuniæ†vnde dicebat Bal.in cap. i. de iur. iur. quod multũ expedit inuenire fœneratorem,ſine quorum ſuffragio multi perſæpe
fame perirent adducendo glo. ſecundum eum ſingu. in l. ſi
conueniunt.ff.de pigno. act. quam approbat Barba. in conſil.viii. quarti voluminis. Quapropter ſint cauti tabelliones ne etiam contractus cum pactis inſolitis conſcribant,
6 †quia pacta inſolita faciunt præſumi contractũ vſurarium
lib.vi.ff.de cond.inſti. quia non eſt veriſimile talem cõtractum ſine fraude eſſe, & conſequenter eſt falſitatis imago.
l.milites.§.oportet.C.de quæſtio.Bal.in l.i.C. de ſer. fug. in
rub.C. de proba. vbi adducit Ariſtot. & Auerroen, & habetur ad ſaturitatem per Barba. in conſi. lx. item in conſilio quinquageſimoquarto. item in conſi.xxxvi. ſecundi voluminis vbi per eum.

CAP.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

Notarios poſitos ad aliquid ſcribendum alicuius communis aliquid addentes uel diminutius ſcribentes, in periculum incidere.

1 ☞ *Negligentiam latæ culpæ equiparari, dolumq; præſumptum fore.*

2 *Negligentem iudicem in puniendis ſceleratis, puniendum eſſe.*

3 *Negligentes officiales in cuſtodiendis pignoribus plectendos eſſe ſicut iudex negligens ad ſententiam ferendam parti tenetur.*

4 *Infames tabellionatus officio potiri non poſſe:*

5 *Ex unico delicto quis regulariter pluribus pœnis affici non debet.*

6 *Negligentes illos dici, qui quod ad eos ſpectat facere ſpernunt.*

NON obliuiſcantur tabelliones, quod ſi poſiti fuerint ad ſcribendum, pone introitus alicuius communis & quid diminutiue conſcripſerint duplici puniẽtur pena, vt eſt tex. in l. excellentia. C. de errogat. mili. anno. lib. xii. quẽ pro ſing. adducit Roma. in ſing. ſuo. ccclxxix. ſi vero aliquã partitã omiſerint amputatione manus punientur. §. coges. in auc. de mand. princi. quẽ reputauit ſing. Bald. in l. vbi exi-
1 gitur in §. dolo. ff. de ęden. † quia cum fuerint negligentes, & neglĩgẽtia equipareтur latæ culpæ ſitq́ue dolus pręſumptus l. mancipia. ff. de ſer. fug. not. in l. ii. ff. quod quiſque iur. in l. iudices. C. de iud. per Bart. in l. Titium & Meuium. ff. de admi. tut. vbi inquit quod quando quis non facit id quod ratione

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tione ſui officij facere tenetur quod præſumitur in dolo. l. fideiuſſor.ff.manda.l.magna.ff.de verb.ſig.quapropter nimi
2 rũ eſt ſi prædictis penis plectuntur † quia videmus in ſimili quod iudex negligẽs in puniẽdis ſceleratis, ipſe venit puniẽ dus.l.fi.C.ne ſanc.baptiſ.l.hoc genus.C.de epiſ.& cler.l.fin. C.ad l.Iul.de vi.pub.not.Bal.in l.Gallus.in prin.ff. de lib. &
3 poſth.Ang.in d.l.mãcipia.† Videmus ẽt quod officiales negligentes ad cuſtodienda pignora puniuntur.l. quemad.§.ſi magiſtratus.ff.ad l.Aquil. dummodo reddãtur deteriora & propter mirum raſuras. l. item quæritur. §. ſi quis.ff. loca. l.1.§.ſi roſe tabulæ.ff.de ſecund.tab. item videmus quod iudex negligens ad adminiſtrandã iuſtitiam tenetur parti.l.ſi iudex.ff.de varijs,& extra.cog. l.j. C. quomodo. & quando iudex.Bal.in l.ſi quis in cõſcribẽdo.C.de pact.& ideo caueãt tabelliones quia non ſolũ punientur pœna prædicta.verum ẽt amittẽt ſalariũ,arg.l.iudices.C.de Anno.& trib.lib.xi.& efficiuntur infames,& conſequenter non poterunt amplius eo officio potiri.d.l.fi.C.ad l.iul.de vi. publ.l. ſi aliquis iuncta glo.C.de ſuſcep.& Arch.§.fi.in auth. de armi.l. quicunque.C.de diuer.offi.lib.x.c.cccc.extra de hær. c.i. c. abbates.
5 de officio veſt.cap.placuit.xi.quæſt.iii.c.ſi quis.xviii.q.ii.† & iſta ſunt not cum alias videamus quod quis ex vnico delicto pluribus penis affici non debet, vt dicit eleganter Bal. in c.capitulum ſanctæ crucis. extra de reſcrip. adducẽdo glo.in l.i.C.de mul.& in quo loco,lib.xii.facit tex. in l.planè.§. qui duorum.l.quocunque.de lega.i.l.Titia.§.qui inuita.ff. de le-
6 ga.ij.† ſciantque ipſi tabelliones quod etiam tunc negligentiæ notam ſubire poterunt quando ſcilicet quid ſcribere habeant & non ſcribunt,iuxta not.per Ang.in l. in inſulam ff. de ver.obli.per Bald.in l.quanuis. ff. de cond.& demon.l. de vnoquoque.§.i. de re iud.l.iiii.§. hoc autem.ff. de dam. infect.niſi eſſet officium proprio motu exercendum, quia tũc multo magis prædictis penis afficerentur:vt not. Bal. in d. §.magiſtratus:& prædicta ſunt not.pro declaratione. c. at ſi clerici. de iudicijs.l.ſenatus.ff.de accuſa.l.diuus. ff. de officio preſ.l.tam dementis.C.de epiſ. audien.c.cum percuſſio. iii. quæſt.i.& ideo cauti ſint.

CAP.

[library stamp]

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

Notarijs negantibus ſe aliquod inſtrumentum tanquam notarios cōſcripſiſſe, probationem ſuccumbere.

1 ☞ *In dubijs id præſumi, quod fieri conſuetum eſt.*

2 *Sacerdoti dicenti ſibi non tanquam confeſſori aliquid reuelatum, probationem ſuccumbere.*

3 *Verba prolata ad perſonam, intelligi ſecundum qualitatem perſonæ.*

4 *Notarium negantem ſe aliquod inſtrumentum nō cō feciſſe, ex qualitate tranſacti temporis excuſari.*

5 *In his quæ portantur longinquis à partibus, maiorem uim obtinere ſcripturam quam teſtes.*

6 *Hominum memoriam labilem eſſe.*

PATEFACTVM ſit tabellionibus, quod qñ ſcripſerunt aliquā ſcripturā & dicunt illam ſcripſiſſe nó tāquā notarij ſed tāquā priuati qđ iſtud probare debent quia cōtra eos eſt præſumptio,
1 vt inquit Bald. in rub. C. de fid. inſtru. in xiii. col. † ea ratione quia in dubiis potius præſumitur id quod fieri conſuetum eſt l. fi. in fi. C. de fideiuſſo. l. qui ſemiſſes. ff. de vſu. l. vel vniuerſorum. ff. de pign. actio. l. excepto. ff. loca. l. fi. C. de ma. conue. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de edi. edict. l. iii. C. de epiſcop. audien. l. nam ad ea. ff. de legi. c. cum dilectus. c. cũ olim c. cum conſuetudinis. extra de conſu. cap. cæterum. de poſtu. præl. c. cum in Geneſi. de elect. c. ſcriptum. cap. cum cumana.
2 eod. titu. cap. cum contingat. de for. competen. † accedat quod volunt ſcribent. in cap. eis, de pœn. & remiſ. vbi dicunt quod ſi ſacerdos reuelet ſibi in confeſsione dicta, quod parte ita dicente (licet ipſe contrarium dicat) contra

eum

23

CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

Notarios in filiorum legitimationibus ſpurietatis mentionem non habentes arenam dinumerare.

1 *Subreptitium reſcriptum non ualere.*

2 *In his quæ alicuius ſunt difficultatis nihil fore tacēdū.*

3 *Comitem palatinū nō poſſe legitimare filios natos ex perſonis inter quas matrimonium eſſe non poſſet.*

4 *Principē habentē plenitudinē poteſtatis in filiorū legitimationibus eā nō träsferre niſi ſpecialibus uerbis.*

5 *Natum ex uxorata muliere legitimum præſumi.*

6 *Potius præſumi poſſibile & honeſtum, quam impoſſibile & inhoneſtum.*

7 *Medie omiſſionem qualitatis eſt directe in finem, effectum impedire.*

PROPALA tum ſit tabellionibus, quod ſi in aliqua legitimatione facta à comite palatino ſpurietatis mentionē nō habuerint, quod talis legitimatio nō poteſt quicquam operari. ita conſuluit Dominus Benedictus de Plum. in conſi. incip. pro declaratione prædictorum, quod adducit Barb. in conſi. ix. quar-
1 ti voluminis† quia non habendo ſpurietatis mentionē cenſetur ſubreptitia quo caſu non debet valere. l. i. ff. de nat. reſti. iuncto. c. dicet aliquis. xxviii. quæſt. iiii. & quæſt. ii. c. non omnis: idem tenet Dominus Ant. in c. per venerabilem extra qui fil. ſint leg. & ideo debet fieri mentio, quia difficilius diſpenſatur cum inceſtuoſo vel ſpurio quam cum eo qui
2 ſola naturalitatis macula eſt affectus † & ideo in talibus nil taceri debet. l. vniuerſa. l. præſcriptione. l. quoties. C. de preci. impe. offer. l. ii. & l. & ſi legibus. C. ſi contra iuſ. c. ſuper literis. c. cum dilecta. de reſcrip. facit quod habetur in cap. ii. &

iii.de conſ.vtil.vel inut.in cap.j.de fil.pręſ.& ita etiam tenet Bal.in l.eam quam.C.de fideic.vbi adducit cap. ex parte.de
3 offi.deleg †quod etiam ſuaderi poſſe videtur,quia etiam ſi eſſent nati ex talibus perſonis inter quas non poſſet eſſe matrimonium,comes palatinus eos legitimare non poſſet vt not.Ang. & Bald.in auth.præterea.C.de nat.lib. nec hoc debet eſſe mirum,quia multum ſing.dixit alibi Bal.in l.ij.in x.
4 col.C.de ſerui.& aqua†quod concedens poteſtatem legitimandi licet ipſe habeat plenitudinem poteſtatis. non tamē talis plenitudo tranſit in illum cui conceditur niſi ſpecialibus verbis concedatur, faciunt not.in l.j.ff. de tut. & cur. in l.ii.ff.de nat.reſt.in l.ex facto.ff. de vulg. & pup. in l. Gallus. ff.de l.b.& poſth.generalis enim conceſsio non extenditur ad ea quæ ſupremæ poteſtatis ſunt.vt voluit not. gloſ. in l. princeps.ff.de legi.in l.ſi Auguſte.ff.de lega.ii. facit tex. in c. quod translationem de offic. deleg.in l.i.§. qui mandatā.ff. de officio eius.& hoc etiam ſuaderi poſſe videtur: quod ſci-
5 licet ſpurietatis ſit habenda mentio † quia poſſent eſſe nati ex muliere vxorata,quo caſu non poſſet ita ſimpliciter talis legitimatio fieri quia præſumitur quod ſit legitimus vt eſt tex. ſolemnis in l.miles.in §.defuncto.ff. de adult. quem tex. ponderant doctores in c.per tuas de proba.in cap. trāſmiſſe qui fil.ſint leg.per quē tex.ita dicebat Bald. in l.filium
6 diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui.vel ali.iur.†quia potius prę ſumitur poſsibile & honeſtum.quia impoſsibile & inhoneſtum & ſic aſſerenti contrarium incumbit probatio vt voluit glo.in l.i.in l.in teſtamento.C. de milit.teſta.in l. ſi creditor.C. de pign. act. in l. ſuper tuis.C.qui mil.poſ. vel non lib.xii.gloſſ.in c.propoſuiſti.lxxxiii.diſt.c. ſuper eo. de teſti. cog.in l.ſolemus. in l.ſi tutor.C.de per.tut.in l.magis puto, in §.illud.ff. de reb.eorum.in l.ait prætor. in §. docere.ff. de vi bonorum rapt.in l.doce ancillam. C. de rei. vend. & ideo
7 caucant tabelliones†quia omiſsio iſtius mediæ qualitatis di rectę in finem,impediet effectum extremi.l. huic ſcripturæ. ff.ad l.aquil.l.qui Libertinus.§.poſthumus.de bon.lib.Guil. de Cun.in l.fi.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.late de materia per Barb.in d.conſi.ix.

CAP.

CAP. XIX.

SVMMARIVM.

Notarios apponentes confinia inconſulte in inſtrumentis in ignorantia morari.

1 ☞ *Confinium appoſitionem operari, ut omnia intra confinia contenta ueniant.*

2 *Vendentem id quod intra muros eſt, etiam muros ipſos uendere intelligi.*

3 *Cõfeſſionem partis titulũ certificare et certũ reddere.*

4 *Precij qualitatem attendendam fore, cum & uariatio unius numi actum inualidet.*

1 EXQVISITVM ſit† tabellionibus quod confinium appoſitio in ipſis inſtrumentis multum operatur, vt dixit egregie Bal. in c i. de cap. qui. cur. ven. l. ede ſacra. §. intra. ff. de cont. empt. per quem tex. probantem appoſitionem cõfinium operari hoc, vt omnia intra ipſa contenta veniant: ita tenuit idem Bald. in rub. C. de contrah. empt Sali. in l. ii. C. eod. Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de emp. & vend. in §. j. Petr. de Ancha. in c. per tuas. de dona. & facit tex. elegans. in l. patronus. in §. Sẽpronius ff. de lega. iij. facit. not. dictum Bart. in l. j. in §. nun-
2 cio. ff. de offic. præfec. † vbi dixit quod qui vendidit id quod intra muros eſt, muros etiam ipſos vendidiſſe videtur, allegat qđ habetur in l. aniculis. ff. de verb. ſign. habetur ꝑ Petrũ de Anch. in c. eccleſias. xiii. q. i. quia ex eo quod ſcriptũ reperitur. inducitur probatio. l. ſi aliquã rẽ. ff. de acqui. poſſeſ. in l. cum falſa. C. de iu. & fact. igno. in l. publica ad fin. ff. depoſi.
3 in l. generaliter. C. de non nu. pecu. † voluit glo. ſing. in cap. ſi duobus de reſcripti. libr. vi. quæ dicit quod licet confeſſio partis non præſtet titulum, tamen illum certificat ac

reddit

reddit certas probationes,quod proculdubio procedit niſi alia maior probatio in inſtrumento reperiatur argu.§.i. auϐten. de conſa. & vte. auc. itaque. C. de legi. her. & eorum quæ not.glo.in l.nam & ſi.ff.de inoffi. teſta.l. continuus. de verb.oblig. l.pediculis.§.argēto.ff.de aur.& arg.lega.l. ſi cer
4 tis annis.C.de pact.l.certa forma.C.de iur.fiſ.lib.x †& maxime habere locum quando precium omnibus infra confinia cōtentis cōuenire poſſet iuxta not.per glo.in l.j.§. quod ait.ff.de ſuperf.not.per Bal.in l.i.C.qui teſta .fac. poſ. facit l. pupillus.§.fi.de verb.obl.l. Imperatores.ver. quibus preciis. ff.de contra.empt.& adeo attenditur qualitas precij. ꝙ variatio vnius numi totum corrumperet Bal.in rub. C. de cō. empt. in x.quæſt.per not.in l. bona fides. ff. eo. & ideo non inconſulte notarii confinia in inſtrumentis apponunt, cum verum reddant contractum vt proxime dictum eſt.

CAP. XX.

SVMMARIVM.

Notarios iudici iubenti aliquod actum ſcribi recuſantes officio tabellionatus priuandos.

1 *☞ Verbum præſentis temporis ad cōualidationem actus ſententiā non requirere ſicut uerbum futuri.*

2 *Iudici inobedientem ipſum iniuriare.*

3 *Notarios ſemel officio priuatos amplius eligi nō poſſe.*

4 *Iuſtum cauſam aliquid recuſandi facere habentem pœnam non mereri.*

5 *Iudicem ſuper cauſa interpoſita iudicare debere, licet reus meliorem cauſam non prcpoſitam habeat.*

6 *Præſumptionem non niſi uehementiori probatione reijci poſſe.*

CA-

CAVEANT tabelliones quod ſi mandato ſuperioris aliquẽ actum ſcribere recuſarint ipſo iure tabellionatus officio erunt priuandi vt tradit ſing.Bal.in l.prouidẽdum.C. de poſtu.
1 ponderando quod ibi † vtitur verbo præſentis temporis,quod actũ ipſo iure nullum indicit,non aũt ſententiam requirit,vt eſt tex.ſatis peregrinus in l. per iniquũ. C.
2 de iuriſ.omn.iud.† eaque eſt ratio quia cũ ſit inobediẽs iudici ipſum iniuriare dicitur.l.j.in prin.ff.de iud.not.in l.i.ff. de poſtu.in l.i.C.de ſilen.& in l.j. C.de domeſti.lib.xii.in l.ſi vt per prætorem.§.ſed dum decreto. ff. ex quib. cau. maio. & ideo dicebat ſing.glo.in c.de libellis.xx.diſt. quod l. conſilij.
3 vbi contemnitur ligat. † & ideo caueant tabelliones quia ſi poſtea ad tale officium reddire voluerint non poterunt l. ſi aliquid,iuncta glo.C.de ſuſcepto.& Archi.l. præclara. C. de primi.auc. de armis.§.fin.quia actui priuatiuo nõ poteſt aliquo pacto præiudicari,glo.elegans.in c. fin. de iur. patro. in c.cum nos.de officio ord.facit.§.iii.in auc.de non eligen. in l. & ſi quis.§.diuus.ff.de reli.& ſump.fu.in l.moris.in §. iſte ferie.ff.de pen.not.Bal.in auth.ex teſtamẽto.C.de ſecun. nup. & hoc eſt cordi tenendũ pro declaratione.l.hodie.ff.de pen.
4 l.quid earum.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infam. † niſi alias iuſtam cauſam recuſandi habuerint, quia tũc pœnã nõ merentur.l.humanitatis.C.de excu.tuto. l. gracchus. C. de adul.nam ex cauſa & intentione agendi cognoſcitur ipſe actus.l.is qui cum telo.C.ad l.cor. de ſicca.cap. occidit.xxiii. q.viii.l.i.ff.ad l.cor.de patri.c. ex parte.de for.compe. Bal.in l.donum.C.de rei vend.in l.ii.C.qui accu. non poſ. in l. qui ſtipendii.C. de procur. Bart.in l. Aurelius.in §. ſticho.ff. de lib.lega.in l.Cornelius.in §.ſexte.ff.de lib.& poſth. Inno. in c.ij.de ord.cog.in c.licet cauſam.de proba. facit elegans text.
5 in l.ſi voluntate.C. de reſcin.vend.† quod adeo verum eſt vt etiã videamus,quod ſi pars aliqua habet duas cauſas ad aliquid conſequendũ.quod ſi vnam proſequatur, iudex debet pronũciare ſup ea.vt eſt tex.ſing.in l.Beblius.ff. de pact. dot.not.Bald.in l.fi.ff.de hær.inſti.Ang.in l.Claudius fœlix. ff.qui poti.in pig.hab. habetur in c. cũ olim. de cauſa poſſeſ.

& prop.in c.olim,il primo.de reſtit. ſpol. & in caſu iſto talis erit annotatio probanda quia præſumptio eſt contra eos
6 iuxta cap.peruenit. de reſt.† & ideo dicebat Ariſt.in j.phyſi. quod ſi quid per aliquam præſumptionem cognoſcimus, iſta præſumptio debet probari per vehementiorem & potẽtiorem probationem.l.diuus.ff.de in integ.reſti.l.i.C. qui.& aduer.quos.c.afferte de præſump.c.i.de treug. & pace. glo.i. c.ſup eo.de teſti.in l.in teſtõ.C.de milit.teſt. in l.ſup his. C. qui milit.nõ poſ.lib.xii.in c.illud. de pſum.c.iiij. de prẹſcrip.

CAP. XXI.

SVMMARIVM.

Notarios lacerantes teſtamenta eorum qui morbo peſtifero laborant quia omnes non interuenerint ſolemnitates:in caribdin incidere.

1 ☞ *Ratione morbi receditur à regulis & diſpoſitione iuris communis.*

2 *Legi neceſſitatem non ſubiacere.*

3 *Bannitum occidentem non excuſari niſi probet ipſum ſciuiſſe occiſum,fore bannitum.*

ILLATVM ſit tabellionibus, quod ſi confecerint teſtamentum alicuius morbo peſtifero laborãtis quod ſi omnes ſolẽnitates aliasrequiſite nõ interuenerint nihilominus ex ratione morbi teſtamentũ valet vt not.Bal.in l.fi.C.de teſta. Bart. in l.j. ff.de bonorum poſſeſ.ex teſtamẽto milit.Ang.in l. ſi vacãtia. C.de bo.vac.lib.x.& in auc.de nõ alie.in §.qui aut. voluit Saly.in l.cũ matribus.C.qui pet.tut.vbi dixit ꝙ mulier tẽpore peſtifero tutores filiis ſuis nõ petens excuſatur à pœna l. ſciant. C. de legitimis hẹredibus.facit quod voluit.Bald. in l. creditores. ff. de in litem iuran. vbi dixit quod ſi quis iurãt ſe non accepturum doctoratum & ſuptrueniẽte morbo peſti-

peſtifero inſignia acceperit,quòd excuſatur:voluit glo. in c. tranſmiſſa de præſcri. vbi inquit ꝙ tempore peſtis non currit præſcriptio quia homines timent adire iudicem, voluit Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap. facit glo. in c. fin. de cle. non reſi. vbi dixit quod quis excuſatur ſi non iuit ad locum non tutum:voluit glo ſing. in c. ad ſupplicationem. de renun. vbi dixit. quòd quis excuſatur à contumatia ratione aëris morboſi:facit alia glo. ſing. in c. ſi vero. extra de iur. iur. facit quod habetur in c. communis filius. xxiii. diſt. i. l. nullus. C. de ſum. Tri. & fid. in l. caſus. C. de teſta. in c. quoſdam de renun. in l. de ætate. de interro. actio. & hæc rationabilia dicuntur quia
2 †neceſsitas legi non ſubiacet. c. qui neceſsitate. j. q. j. cap. j. de iur. clemen. j. de hom. l. ii. ad l. Rhod. de iact. c. præſertim. de pignor. l. j. ff. de officio eius. & ideo ſint cauti tabelliones in cuſtodiendis huiuſcemodi teſtamentis ne alias de falſo vel ad intereſſe ſaltim tentantur vt ſepius dictum eſt, quia in caſu iſto nõ erit neceſſe probare, quod notarius ſciẽter huiuſce
3 modi teſtamenta non cuſtodierit † ſicut debet articulari in caſu l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. xi. l. vtrum. ff. de paric. l. j. C. de rap. virg. l. raptores. C. de epiſc. & cler. l. j. C. de deſert. lib. xi. l. ij. §. j. ff. de incen. ru. & nau. l. Methodorum. ff. de pen. l. ex maleficijs. §. longe minus. ff. de actio. & obli. l. j. C. de nil. age. non rump. in quibus dicunt ſcribentes ꝙ quando aliquis occidit bannitũ quod ad hoc vt gaudeat beneficio banni debet articulare & probare quod ſcierit ipſum bãnitum.

CAP. XXII.

SVMMARIVM.

Notarios in aliqua cauſa ſcribentes & in aure unius partis loquentes poſſe ſuſpectos allegari.

1 ☞ *Proditorem illũ teneri qui non libere loquitur.*

2 *Iudicem parti ad aurem loquentẽ niſi loquuta in lucẽ*

emiſerit poſſe ſuſpectum allegari.

3 *Quæ occulte fiunt fore inductiua fraudis, licet nullum occultum quòd non reueletur.*

4 *Occultum multotiens pro euidenti haberi.*

SCIANT tabelliones, quod ſi ſcripſerint in cauſa aliquarũ partiũ,& vni ex his ad eius aurem loquantur, quod tũc poſsint ſuſpecti allegari iuxta glo.ſing. in §. quia ſæpe.in auct. de triẽ.& ſemi.iſta.n. erit legitima cauſa ſuſpitio
1 nis,niſi hoc in lucẽ emiſerint† quia proditor cẽſetur ille qui nõ libere loquitur & quia cõuenticula fraudis ſuſpitionem inducunt,iuxta illud ducis veritatis,quod ego dico vobis in tenebris mittite in lucẽ,& Ioãnis dicẽtis, ego vox clamantis in deſerto dirigite viam Domino:& iuxta illud Iſaiæ prophet.de quibus omnibus in c.cũ ex iniuncto.de her.in c. no
2 lite.ij.quæſt.iij.†ex quibus ſing. dixit Spec. in tit. depoſitio. in §.ſeptimo. in verbo quid ſi ponens quod iudex cui alicuius aduerſarius loquatur ad aurem niſi & ipſe audita in lucẽ
3 emiſerit põt ſuſpectus allegari†quia quæ occulte fiunt ſunt inductiua fraudis:vt voluit Bal.in l.ſicut. in §. ſupra vacuũ. ff.quib.mo.pign.glo.in l.cũ à iudice.in §.obſeruare.C.de iur. cal.Caueãt igitur tabelliones ne quid occulte celebrẽt quia nullum occultũ ꝙ non reueletur, vt inquit Bal.in cap.j. in §. porro.in tit.quæ fuit prima cauſa:bene.amit. adducendo.l.ſi ſciente.ff.ad l.Põp.de parri.§.nõ licet ver.Deo non patiente in auct.de teſti. quod voluit etiam idem Bal.in c.veniens.de teſti.facit.l.fin.C.de fideicom. facitque quod in ſacro ſcribitur euangelio dum dicitur,apparuit Angelus in ſomnis Ioſeph & nunciauit quod arriperet puerum & matrem eius & fugeret in Aegiptũ. quia futurũ erat vt Herodes quære
4 ret puerum ad perdẽdum eum†quapropter occultum multoties pro euidenti habetur.l.ſi pecuniam.§. ſi ſeruum.ff. de cond.ob cauſam:quãtumcunque videatur cõtrariari glo. in l.cum l.ff.de teſtam.in §.penult.in auct.de tab.quã exclamat Bal.in l.j.C.de ſum.Trin.in l. iubemus. in §.item ſane.C.de

ſacr.

ſacroſanct.eccle.& in l.j.C.de iur.& fact.igno.& ideo caueāt tabelliones quia etiam aliqui infamiæ macula afficiuntur l.iii.C.de ſum.Trin.voluit Goffr.in l.ij.C.de epiſc.aud. in l. litigantes.ff.de verb.facit.c.ſuſpicionis extra de officio dele. & in aliis concordantibus.

CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios uolentes qđ partes eos ſuſpectos allegātes ſuſpitionis cauſam probent in ignorantia morari.

1 *Iuramentum probationis uim obtinere.*

2 *Scandali euitandi cauſa multa permitti, quæ alias non permitterentur.*

3 *Cum iudex ſuſpectus allegatur porrigitur ſuſpitionis libellus.*

4 *Verbum allegare,interpretatur pro uerbo probare.*

5 *Legē ꝓbationē requirētē declarādo ulterius ꝓcedere.*

1 RENVNCIATVM † ſit tabellionibus ꝙ ſi partes eos ſuſpectos allegauerint nō tenētur eis exprimere cauſam ſuſpicionis vt eſt text. in l. apertiſsimi.C.de iudi.per quē ita tenet glo.in l. quia poterat.ff.ad treb.& ita refert ibi Bart. ſe in cauſa facti cōſuluiſſe quia iuramentū iſto in caſu vim probationis obti

2 net Bal.in d.l.apertiſsimi.l.i.& ii.ff.de iur.iur.†maxime ſcādali euitādi cauſa cuius gratia,vt & ſuperius dictū eſt multa permittūtur,quæ alias nō permitterētur:gl.ſing.in c. ꝑ principaliū.ix.q.iii.in c.ſi Papa.xl.diſt.in c.apoſtolica.viii. quæſt. j.Innoc.in c.olim.de reſt.ſpo.& ibi glo.& in c. ius militare. i. diſt.c.qui ſcandalizauerit.de reg.iur.l.qui cedem.ff de ſicca. c.cum teneamur. de præhe. l.i.§. qui iuſſu.ff.de his qui not. infa.no.in c.inquiſitioni.de ſen.exc.cle.grauis.de ſen. excō. & conſequenter ſi non immineret ſcādalum aliquod poſſet

 cogi

cogi dicere cauſam.c.cum ſpeciali ver. cauſam iuſtæ ſuſpicio nia corã ipſo aſsignet.c.ſecũdo requiris. de appel.c.legitima. eo.titu. lib.vi.ita tex.iuncta glo. in l. i.in verbo iuſti. ff. ſi cui pluſquam per l.fal.in l. creditores.in verbo ſuſpecti. de pri-ui.cred.iuncta doctrina Ang.in l.qui bona.ff. de dam. infect.
3 maxime† quia cum cauſa ſuſpitionis nõ exprimitur contra iudicẽ porrigitur ſuſpitionis libellus. d.l.apertiſsimi. & conſequẽter narrat cauſam iudici qua libellus aſſumitur.c.cũ ſuſpitionis de officio.dele.vnde cum notario non porigatur libellus, allegans eum ſuſpectum non debet cogi cauſam adducere, quia vt dixi licet cauſa non adducatur ſatis videtur iuramẽto probata partis arg.l.j.ff.ſi qua.pau.feci.dica.l. magis puto.§.illud.ff.de reb.eorum.c.non eſt de conſt. lib. vi.c.
4 ſuper eo.de appel.cle.j.de in inte. reſtit.† maxime quia omnia loquẽtia de iſta materia vtũtur verbo allegatione quod pro probatione capitur, vt ex iam dictis, inquit Barb.in d.c. cum ſuſpitionis.vbi dixit quod ſi ſtatutũ dicat quod ſtetur allegationi doctoris intelligitur.i.probationi glo. vltra prædicta in l.ii.ff.de feri.in l.ait prætor.ff.de vi.bo.rapt.Bal.in l. j.ff.commo.c.quia de iud.c.ad noſtram. il primo de iur. iur. Bart.in conſtitu.ad reprimen.in verbo aſſerit quod not. eſt
5 quia alias videretur ꝙ aliud eſſet allegare aliud ꝓbare† quia quando l.requirit probationem procedit vlterius declarando.c.quæ in eccleſiarum.ver. probabiliter de conſti.c. à nobis.de deci c.cũ ſuper. de conceſ. præben.l. ait prætor.§. docere.ff.de vi bo. rapto.

CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios recuſantes ire ad præſtandnm iuramentum nobilibus pauperibus, importunos fore.

1 ☞ *Ad perſonas egregias debere mitti iuramentũ.*

Nobi-

2 *Nobilem illũ etiam dici qui paternis corruſcat radijs.*
3 *Nobilitatem tria requirere.*
4 *Diuitias familiarum honeſtatem conſeruare.*
5 *Ex perſonæ qualitate à ſtatutis recedi.*
6 *Nobilitatis tres ſpecies.*

1 OBSERVENT tabelliones † quod cum ad
egregias domos mitti oporteat iuſiurandum,
iuxta tex.in l.ad egregias.ff. de iur. iur. hoc ẽt
ſibi locũ vendicare quãdo ſumus in nobili pau
pere,vt eſt glo.in c.ſi quis tertiũ. de teſti. quã
allegat pro ſing.Roma. in ſingu.ſuo clxx. licet ei ex mente
Domini Ioan.Bap.de caſt.in addit.ad Roman.in l. inuiti. in
glo. magna.ff.de teſti. qui etiam allegat tex.in l.in eadem.in
fin. ff.ex quib.cau.maio.Bar.in l.pecuniæ in fi.ff. de adi. lega.
2 & in l.fi.ff.de fid.& ea eſt ratio † quia licet iſte ſit nobilis non
diues nihilominus radiis paternis coruſcat vt eſt not.glo.in
c.vbicunque de pœni.lib. vi.in cap.ſi poſtquàm.in §.fina. de
elect.eod.lib.patet tex.l.neque dorotheum.C.de decu. & cõ
ſequenter eſt plurimũ deferendũ ratione paternæ nobilita-
tis cum nobilitas honoranda ſit,vt eſt glo. reputata ſing. in
c.illud.xl.diſt.l.ad ſubeunda.C.de decu.lib. x.l. ad honorem.
ff.eod.c.fundamenta.in ver.princeps.de elect.lib.vi. in §.j.in
3 auct.de defenſ. ciuit.in c. de multa.de præben. † nec obſtaret
ſi adduceretur tex.in l.nobiliores.C.de vecti. qui ſingulari-
ter determinat in nobilitate tria requiri nobilitas ſcilicet na
talium honor vitæ conſpicuus,& patrimonij diuitiæ.quo ca
ſu videretur dicendum quòd iſto vltimo deficiente requiſi-
to,aliquis nobilis non eſſet iuxta.l.ſi vnus.C.de teſta.l. cum
4 hi.§.ſi pretor.ff.de tranſ.not.per glo.in l.fi.ff.de diuor. † ma-
xime quia diuitiæ conſeruant honeſtatem familiarum.§.ſan
cimus.in auc.de teſti.l.i.in prin.ff.de cuſt. reorũ. l.ſi credito-
res.ff.de priui.cred.l.ſi pietatis.C.de ſuſp.tut. Ang. in l. pen.
C. qui bo.ced.poſ. philoſophus in primo ethi. ꝙ etiã voluit
Ang.& Iacob.Butr.in d.l.nobiliores. & facit.§. cogitationi.

in auth.vt iud.fin. quoquo ſuffra. quia reſpondetur omnibus prædictis,quod dato quòd diuitiæ tendant ad perficiendam nobilitatem, non tamen ſequitur, quod pauper non
5 poſsit etiam nobilis dici † cum magis perſonæ qualitas ſit attendenda, propter quam receditur à ſtatutis, vt inquit tex.ſing.in l.ſed & reprobaui.ff.de excu.tut.facit.l.i.§.i.ff.de quæſt.glo.in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.in c.placuit.i. diſt. in c. j.de leg.contr.in vſi.feu.in c.fraternitatis.xxxviii. diſt. Bart. in l.capitolium in §. ſerui. ff. de pen. maxime quia vt ſent.
6 magiſter ait† triplex eſt notabilitatis ſpecies prima quę conſideratur ab immortali Deo, de qua habetur per eundem lib.ii.diſt. xii.& ſcribitur ſecundo regum,vbi dicitur qui honorificabit me ego honorificabo eum, qui autem me contempſerint erunt ignobiles.ſecunda eſt naturalis quæ conſideratur ex qualitate operis,de qua loquitur.l.i.C. de cód. in bo.pub.lib.x.l.ſed & ſi quis.§.j.ff. de vſufr. l. ſi quid.ff. de edi.edict.tertia eſt politica,quæ eſt quædam qualitas a principe illata,quam late proſequitur Bart.in l.i.C.de digni. de qua loquitur d.l.nobiliores,ideoque cum in facultatibus & fortunæ bonis non ſit ſperandum.§.ſæpe Inſtitu.quib. non eſt permi.face.teſta.libenti animo erant notarii ad præſtandum iuramentum huiuſcemodi perſonis.

CAP. XXV.

SVMMARIVM.

Notarios recuſantes ire ad præſtandũ iuramentũ doctoribus ex plebeis parentibus natis increpãdos eſſe.

1 ☞ *Scientiam homines reddere nobiles.*

2 *Scolarem doctum,doctori indocto fore præferendum.*

3 *Doctorem natum ex plebeis parentibus, ex nobilibus parentibus natis præferendum.*

4 *Emendatum fore præferẽdum ei qui nunquã deliquit,*

Docto-

5 *Dnctores nobiliſſimos Imperatoris amicos & parentes uocari.*

6 *Honorem ei adhibendum qui præ cæteris ab Imperatore ho noratur maxime quando ſumus in doctore qui propheta appellatur.*

7 *Doctorem eſſe in dignitate conſtitutum ex doctorum inſignÿs apparet.*

LIQVIDVM ſit tabellionibus, quod ſtante
prędicta l.ad egregias,tenentur ire ad præſtan-
dum iuramentum doctoribus licet ſint ex ple-
1 beis parentibus nati † quia ſcientia nobilitat.l.
prouidendum. C. de aduoc. diuer.}iudi.vbi dixit quod do-
ctor valens & plebeius præfertur nobili minus valenti
2 †imo plus volebat vna ſing.glo. in l.j.C.de anno. ciuit. lib.
x.quod ſcholaris doctus præferatur doctori minus doct. fa
3 cit.l.i.C.qui.& aduer.quos.†facit glo.val.ſing. in c. nunquã.
lvi.diſt. vbi dixit quod doctor natus ex parentibus pror-
ſus alienis à virtutibus debet præferri doctori nato ex bo-
4 nis parentibus† pro qua opinione facit id quod voluit con-
ſimilis glo.ſing.in cap.fidelior.l. diſt. vbi dicit quòd doctor
emendatus in promotionibus eſt præferendus illi qui nun
5 quam deliquit † facit tex. valde ſing.in l.ii.in §.fin.ff. de ex-
cuſ.tut.vbi Vlpianus appellat doctorem nobiliſsimum fa-
cit ſing.l.diui fratres.ff.de iur.patro. vbi iuriſc. appellat do-
ctorem, amicum imo dux & comes, alibi appellatur ab Im-
peratore in l.i.C. de profeſ. qui. in vrbe conſta.lib. xii. & in
l.j.C.de cad. tol. imperator doctores patres appellat quod
etiam facit in l. ex diui. C, loca. quapropter cum doctores
ſint honorati ab Imperatore cur nõ debent ab inferioribus
6 honorari†quia ab hominibus eſt honorandus qui præ cete
ris ab Imperatore honoratur.l.reſtituendo.C.de aduo. di-
uer. iud.l.i.in fin.ff.de alb.ſcri.not.in l.i.C.de dome. & pro-
te.lib.xi.& ideo notarii libenti animo ad doctores etiam ex
plebeis parentibus natos eant, cum doctor propheta dica-

tur

7 tur.c. ſi rector.xliiii. diſt. †& pariter ſit in dignitate conſti-
tutus.l.fi.C.de iud. Bar.in l.ex eo.ff.de ſtat. mil. & in l. omnes.C.de due.lib.x.Abbas in c. propoſuiſti. de proba. Bart. adhuc in prohœmi.C.facit.cap. quanto. de iud. quod etiam ſuadetur ex inſignibus doctoratus, nam ex libri traditione eſt conſtitutus iuſtitiæ proprietarius.l.i. C.de euictio. l. clauibus.de cõtra.emp.l. qua ratione.§. item ſi quis.ff.de acquirer.domi.l.qui chirographis.ff.de leg.iii.Ex anuli impoſitione prelatio ſignificatur.l.cũ pater.§.pater.ff.de leg.ii.Ex impoſitione bireti præcellẽtia demõſtratur, quia eſt quodã ſignum gratiæ.& victoriæ.l.i .de atle.lib.x.l. inter claras.l. victor.C. de ſum.Trin.§.j.in auct. quo opor.epiſ.ord, Et ideo Seneca tragicus referens verba regis Litii ad demonſtrandã ſcientiæ vim dicebat nobiles parentes non ſunt mihi ſed clara virtus quæ genus iactat meũ,pro quo facit.c.illud.xl.diſt.

C A P. XXVI.

S V M M A R I V M.

Notarios etiam in uno numo falſitatem pluries committentes, pœnam mereri.

1 ☞ *Ex paruo defectu hominem in pœnam incidere.*

2 *De modicis fore curandum.*

3 *Comittentes leuiora delicta, leuioribus quoque pœnis plectendos.*

4 *Quod parũ diſtat à medio,non eſt contra uirtutem.*

5 *Comedenti ficos in horto debet dari aqua calida ad uomendum.*

6 *Ex modicis furtis,quem poſſe furcha puniri.*

COGNITVM ſit tabellionibus,quod ſi vno etiã in numo falſitatẽ cõmiſerint veniẽt de iuſtitiæ rigore puniendi:

niēdi:vt traditur in c.fraternitatis,adducēdo.l. quid ergo. §.
1 pęna grauior.ff.de hisqui not.infa.†quia ex paruo ēt defectu
quis incidit in pœnam.l.hæredes.§. idem iuris. ff. fam. herc.
tradunt ſcribentes in c.ſedes apoſtolica.de reſcrip. vbi dicūt,
quod ſi teſtis falſum deponat in vno numo in totum eius
2 dictum eſt reſcindendum † quia etiam de modicis curādum
eſt: vt not. Iacob.Butr.in l. in rebus. §. poſſunt. ff. commo.
Bar. in l.proprietarius.ff.de dam. infect. per doctores in l. ſi
neceſſarius. ff. de pign.act.in §. Gallinarum inſtit. de rerum
diui.vnde etiam receptum eſt quod non ſoluens vnum numum
nomine canonis cadat à iure ſuo vt not. in auct. qui
rem.C.de ſacroſanct.eccle. Ludo.Roma.in l.ij.ff.ad Sileniā.
& tradit Bal.in l.minoribus.ff. de his qui. vt indi. vbi dixit
quod ſi ſtet ſtatutum quod quis teneatur denuntiare malū
& denuntiet omnia mala præter vnum, punitur ac ſi nullū
denuntiaſſet.quod dixit eſſe menti tenendum, quod etiam
confirmat in hærede grauato præſtare.x.infra menſem alicui
quod ſi nouem præſtiterit non videtur ſatisfactum teſtatoris
voluntati,& ſic ſi quis etiam in vno numo delinquit
quod etiam voluit idem Bal. in rub.C. de cōtrah.emp.
in l.cum allegas.C.de vſur. in l.prima.in §.illud.ff. de coniū.
cum eman.lib. facit.c.maioribus. extra de præbē. c. aduertendum.xii.quæſt.ii.cap.
conſideret. de pœn.diſt.v.Ang. in
l.qui hæredi.& in l.Meuius.ff. de cond.& demonſt. facit.§.ſi
3 quis quinque ſolidos de pac. tenen. in vſib. feud. † verum
tamen eſt quod ſi eis ex ſtatuti diſpoſitione eſſent adiectæ
pœnæ quod non illis ſed leuioribus eſſent puniendi vt not.
Bal.in l.fin.C.de edil.edict.vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum imponit
pœnam facienti vulnus non habet locum in vulnuſculo. argu.l.item
apud.§.Labeonem.ff.de iniu. quod voluerunt etiā
ſcribentes in l. ſenatuſ. in §. Marcellus. ff. de lega.primo.
per illum text. ſatis ſingu. quod ſi quis eſt prohibitus à ſtatuto
emere domum non intelligitur prohibitus emere domunculam
voluit idem Bal. in auct.ſed iā neceſſe.C.de dona.ante
nupt.& facit auctoritas philoſophi in primoeth.vbi
dixit quod id quod parū diſtat a medio non eſt cōtra virtutem.c.cum
in l.xxiii. quæſt.iiii. c. niſi pro graui de renun. c.

ſicut

ſicut nonnulli de tranſ.Bal.in l.quicunque.C.de ſer.fug.vbi dixit quod is qui parum tranſgreditur nõ flagellatur. l. ii.§. 1
ſi.ff.de his qui not.infa.l.quãuis ff.de cond.& demon. habe-
5 tur in l.verbũ.C.ex quib.cau.infa.irrog. † quod ſi quis come dit ficus in horto debet ei dari aquã calida ad vomendum, & conſequeuter nimirum eſt ſi ſtatutum eos complectatur quod proculdubio vendicat ſibi locum niſi hoc multoties cõ
6 miſerint quia tunc ſecus † nam & ex modicis furtis poteſt quis furcha puniri.l.cum.t.de re iud. c. teſtimonium de teſti.Bal.in l.fraus.ff.de legi.per l.nomen. ff.de leg.iii.in l. apud antiquos.C.de furt.l.iii.ad fin.C.de epiſ.aud. & ideo caueãt tabelliones cum etiam ſi ſemel cõmiſerint veniant plectendi & totus actus vitietur:quod eſt not. pro declaratione.l.j. §.ſi ſtichum aut Pamphilum.ff.de verb.obli.

CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

Notarios multa ſua propria conſcientia facientes & ſi commiſſa non fuerint,errorem,inuadere.

1 *Vnumquenque actum, ueritatis fundamentum habere debere.*

2 *Quẽlibet debere actã facere ſecundũ regulã artis ſuæ.*

3 *Clementiores legis iniuriam facere legi.*

4 *Homines ſæpiſſime falli,etiam in ſenſu & uiſu.*

5 *Infringentem ueritatem Chriſtum negare.*

6 *Nullam obedientiam neceſſitare ad aliquid agendum contra conſcientiam.*

1 NOTARIORVM memoria nõ prætereat, † quod in aliqua cauſa non poſſunt aliquid propria conſcientia facere, ſi illud etiam ſibi à ſuperiore commiſſum non ſit, quia vnuſquiſque actus veritatis fundamentum habere

bere debet.l.nemo.C. de ſen. cap.primo. de conſtit. & ſpe-
ciale eſt in principe vt ſuo ſenſu poſsit vt inquit Cyn. in
2 l.prima. C. de his quæ deſ. aduo.† quia alii debent facere
acta ſecundum regulam artis ſuæ.Bald.in l.hac.l.C.de ſent.
ex per.vnde regula notariorum cũ ſit ſcribere id quod à par
tibus diligenter audierunt vel ſibi à iudice commiſſum eſt
§.pen.in.auct.de tabel.datur intelligi eos ex propria conſciẽ
3 tia aliquid facere non poſſe†quia ſi facerent eſſent.l.elemen
tiores, & conſequenter iniuriam legi facerent l.eadem. ff.
de ſer.§.oportet.in auct. de iud. re. vend. nec iudex aliquid
ex conſcientia facere poteſt.glo.in.l.ij ſubreptione.ff.fin.re-
gun.in l.illicitas.§.veritas.ff. de officio præſi. in verbo ex fi-
de eorum quæ probantur.cap. iudicet.iii.quæſtio.iii. & fuit
ſententia beati Thomæ in ſecunda ſecundæ quæſtio.lxvi.
arti.ii. vbi dixit quod iudicare pertinet ad iudicẽ, prout pu-
blica fungitur poteſtate ſecundum quod eſt informatus vt
publica perſona non ſecundum conſcientiam, quòd poteſt
4 eſſe quod ipſe fallatur†cum ſæpiſsime fallantur homines &
etiam ſenſus viſus.c.cum cauſam.de proba. & ita refert Cy.
in l.i. C.de his quæ deſ. aduo. fuiſſe determinatum ſecun-
dum ſacros theologos & facit text. in terminis in cap. pri-
mo.de offic.ord. & ideo caueant notarii,quia addendo vel
diminuendo aliquid ex conſcientia poterunt de falſo puni-
ri,cum infrangant veritatem.c.ſi Chriſtus.de iur.iur.c. ne-
mo.xi.quæſt.iiii.c.nihil.de præſump. c. qui ſcandalizauerit.
5 de reg.iur.†& frangendo veritatem, Chriſtum negant qui
dixit ego ſum via & veritas, iuxta illud Ioan. xiiii c.i. & c.
conſuetudo.viii. diſt. & maxime, quia vt ſcribitur in libro
Eſdr.& Exo.xxiii.c.omnia iudicia ſunt inſtituta ad notio-
nem veritatis,& ſic ſi quid conſcientia fecerint periculo ſe
ſupponent,quod cauendũ eſt l præſes. C. de ſerui. & aqua.
cap.nerui.xiii.diſt.& quando ſibi aliquid ordinatur quod ſit
6 contra conſcientiam eorum illud non faciant† quia nulla
obedientia neceſsitat ad agendum contra conſcientiam. c.
ad aures de tẽp.ord.c.li.de reſt.ſpo. not. in c. inquiſitionis.
de ſent.exco.in c.per tuas.il ſecundo. extra de ſymo.in cap.
cum miniſter.xxiii.quæſt.v.in c.quod culpatur.xxiii.quæſt.

j.c.paſtoralis.de officio delega.& ideo vt dixi caueant notarii quia ſcribitur prouer.x.quod qui peccat in Dominũ, ledit etiam animam ſuam,quæ cunctis eſt anteponenda.l.ſancimus.C.de ſacroſan.eccle.

CAP. XXVIII.

SVMMARIVM.

Notarios ponentes clauſulas in inſtrumentis non legibiles uel intelligibiles & eas ut iacent non exhibentes periclitari.

1 ☞ *Exhibentem inſtrumentum, teneri illud exhibere prout iacet.*

2 *Verba non intelligibilia uel legibilia,declarantur per eum qui ea ſcripſit.*

3 *Omiſſionem uerbi principalis, inſtrumentum uitiare.*

5 *Vnũquẽq; actũ debere fieri uerbis aptis & habilibus.*

5 *Quid poſſet eſſe alicui certum incertum tamen prout cadit in mentem alio rum.*

6 *Quid dupliciter dubium dici poſſe.*

1 A Notariorum mẽte nõ ſegregetur,ꝑ qñ exhibent†aliquod inſtrumentũ in quo reperiatur aliqua clauſula nõ legibilis vel intelligibilis eã tenentur exhibere prout iacet,vt eſt tex. in l. j.ff.de excuſ.tut.quẽ ſig.reputat Barb.in c.conſuetudinis extra de cõſu.hocque qñ ille qui tale inſtrumẽtũ ſcripſit illã clauſulã nõ perciperet:quia alias ſecus. §. ſi vero.
2 in auct. de inſt.cau. † vbi habetur ꝑ qñ in aliquo inſtrumento reperitur aliquod verbũ nõ legibile vel intelligibile,recurritur ad eũ qui illud ſcripſit, ſicut ẽt videmus quod à conditore legis habetur declaratio legis obſcuræ.l.fin.C.de leg.c. inter alia.de ſent.excõ.l.omni.C.de ſacroſan. eccle. quod ẽt ſubli-

ſublimitatur qñ per declarationẽ nõ mutatur ſenſus inſtrumẽti.vt dicit Cy.in l.Imperator.ff.de ſta.ho.Bar.in l. ſi librarius.ff.de reg.iur.per Inno.in c.olim.de verb.ſig. & ideo caueãt tabelliones,quia poſſet eſſe talis obſcuritas quę haberet
3 inſtrumentũ vitiare,†ſicut vitiatur ꝓpter omiſsionem verbi principalis,licet ſecus in teſtamento, vt not. doct. in l.circa mediũ.ff.de hær.inſti.voluit Bar.in l. quicquid aſtringẽdę.ff. de verb.oblig.vbi dixit qđ verba cõcepta in inſtrumentis ſi nõ ſint intelligibilia habẽt vitiare inſtrumẽtũ, quia in eis ſicut & in ſententiis nõ eſt apponendũ aliquod verbũ obſcuritatẽ inducẽs,vt eſt tex. ſing.l.i.C.de ſent.& interlo.om. iud.
4 cũ†vnuſquiſque actus debeat fieri verbis aptis & habilibus, vt eſt glo.no. in §.ſed hæc ſolemnia.inſtit.de verb.oblig. per l.pen.§.qui aũt.& §.fi. & l.ſeq.ff.de cõſti.pe.l. vt gradatim.§. ſed ſi.l.ff.de mu.& hono.facit.c.erit aũt.l.iiii.diſt.§.ea demũ. xxv.diſt.& ibi dicit Dominicus quod id quod nõ bene intelligitur inducit quẽ in errorem & falſam deceptionẽ facit c. ſimoniace.extra de ſimo.tex.deuterono.relatus in c.per venerabilem.§.rationibus extra qui fil.ſint legi. & voluit Bal. in c.quoniã.de conſti.vbi dixit,ꝙ ſententia cuius verba nõ
5 erant intelligibilia vel legibilia eſt nulla †maximeque cauere debent,quia poſſet eſſe quòd quid quoad ipſos certũ eſſet & tamen prout cadit in mentem aliorum foret incertum.l. ſi pater.ff.de ſolut.l. regula.ff.de iur.& fac. igno. l. cum prolatis.ff.de re iud.voluit glo.in c.i.de poſtu.præl.lib. vi. habe-
6 tur in l.cum hi.§. ſed cum lex. ff. de tranſ.† ſciantque quod quid poteſt eſſe dubium dupliciter,vt tradit Io. And.in d.c. quoniam dubietas primo quo ad literam, & appellatur obſcuritas,ſecundo quo ad intellectum,& eſt ambiguitas.

CAP. XXIX.

SVMMARIVM.

Notarios teſtes examinantes dicentes, idem per omnia dixit alius,infortunium quærere.

Teſtes

1 *Teſtes deponētes p̄meditato ſermone falſos dici.*
2 *Teſtem bis ſuper eodem articulo deponentem poſſe ſe remittere ad id quod primo dixit.*
3 *Nullum eſſe magis fidei & mentis teſtimonium quam qualitas inſpecta uerborum.*
4 *Verborum qualitatem multotiens cōprehendere poſſe maiora expreſſis.*
5 *Verba in omnibus & per omnia omnimodam denotare ſolemnitatem.*

1 OBLIVIONI non tradant tabelliones † ꝙ qn̄ examināt duos teſtes non poſſunt habere relationem dicti vnius ad alterius vt tradit Ant. in c.nihil. de verb.ſign.quia præſumptio eſt ꝙ ſermonē præmeditauerint, & conſequē ter dicant falſum iuxta not.per Spec.in tit.de teſta.in §.nūc tractandum per Bal.in l.teſtium. C. de teſtib. in l. amplio-
2 rem in §.refutatoriis de appel.†& ideo ſpeciale eſt in teſte deponente bis ſuper eodem articulo examinato vt ſecunda vice propter labilem hominis memoriam falſitatemque vitandam,poſsit haberi relatio ad primum dictum.l.quidā tabularum de furt.l.peregre. de acquir. poſſeſ.quo caſu datur intelligi in contrarium eſſe iuris communis diſpoſitionem.l.ius ſingulare.l.quod vero contra.ff. de legi. & conſequēter quādo ſumus in duobus teſtibus deponētibus vnus nō poterit habere relationem ad alium,quia voces ſunt ſigna earum quæ ſunt in animo paſsionum.l.Labeo.§. idē tu
3 bero.ff.de ſupe.lega.Bal.in c.mādatū.de reſcri. & † nullū eſt magis fidei ac mentis teſtimoniū quā qualitas inſpecta verborum Bal.in rub. extra de teſti.adducens id quod dici ſolet,loquere & cognoſcā te. c. legimus. lxxxiiii.diſt. l. is qui. ff.de iur.iur.Bal.in l.voluntas.C.de fideicom.per l.liberto.§.
4 penul. ff.de ann.leg.l.j.§ loquitur.ff.de magi.conue. † nam verborum qualitas poteſt etiam multoties comprehendere maiora expreſsis glo. in clemen.i.de iud. Angel. in l.quod ſi

nolit

nolit.§.ſi quidem.ff.de ędil.edict. vbi dixit quod qñ ſe obli gat quis præſentare aliquē toties quoties opus fuerit quod intelligitur vſque ad inſtantiam.l.græce.§.poſt litē ff. de fideiuſ.glo.ſing.in clemen.i.de iud. hoc tamen non vendicat ſibi locum,vbi verba forent pinguiora,vt eſt glo.peregrina. l.cum pœna.ff.de arbi.quod eſt not.pro declaratione.l.ſancimus.C.de fideiuſ.l.ad probationem de proba.cap. ſicut de extraord.crim. c.ex tenore.de priui.iñcta.l.non omnis. ff. ſi cert.pet.l.quoniam indignum.C.de teſta.& ideo caueant tabelliones quia non eſt veriſimile quòd teſtes inuicem in dicto concordauerint.vnde poterunt de falſo puniri iuxta ea quæ habentur in l. cum de indebito. de proba.l. milites. in
5 § oportet.ff.de quæſt.†maxime quia iſta verba in omnibus per quę omnia ſunt verba omnimodam ſimilitudinē denotātia,vt eſt tex. ſing.in l ſi furioſum.ff. de cōdi. nec poterūt excuſari niſi alias poſsit apparere de voluntate teſtis vt inquit ſing.l.ii §.ſi non in corpore.ff.de hæred.inſtit.quicquid alias dixerit Bal.in §.fi.in tit.de pac.conſt.in vſib.feud.

CAP. XXXX.

SVMMARIVM.

Notarios inſtrumētarios ſcribētes in aliqua cauſa arbitraria etiā de uoluntate partiū erroris filios eſſe.

1 ☞ *Certam limitatamque iuriſdictionem non poſſe de uoluntate partium prorogari.*

2 *Habentem poteſtatem alicuius eligendi intelligi eam habere reſpectu habilium perſonarum.*

3 *Voluntatem partium non facere perſonam inhabilem habilem.*

4 *Inſtrumentorum appellatione acta comprehendi.*

5 *Verba recipere interpretationē ex cōi loquendi uſu.*

E RE-

RECORDENTVR Tabelliones inſtrumentarij, quod non poſſunt ſcribere in aliqua cauſa arbitraria etiam de volũtate partium vt inquit
1 eleganter Bal.in l.teſtaméta.C.de teſta. †Quia vbi certa & limitata poteſtas alicuius reperitur, non põt aliquo pacto etiã de voluntate partium prorogari.l. in limitatis.ff.de acqui.rer.domi l.quod dictum.ff.de pact.l.repetita. C.de epiſ.& cler.voluit Cyn.in d.l. teſtamenta.adducens.l. ſolemus.§.latrunculator.ff.de iud.iuncta.l.fina. ff. de iuriſd. omn.iud facit.l.ſed ſi mente.ff.de præca.l.ſi ſponſus.§.fin.ff.
2 de publi.†quia dato etiam quod partes in cauſa arbitraria habeant poteſtatem eligendi ſibi notarium debent nihilominus eligere perſonam habilem & ad hoc deputatam arg. ſing.glo.in clem.j.de priui.vbi habetur quod ſi habeo poteſtatem eligendi mihi ſacerdotem quod debeo eligere perſonam habilem habentem curam animarum & ad hoc de-
3 putatam quia†voluntas partium non facit perſonam inhabilem habilé.cap.ſignificaſti.de fo.comp.l.priuatorum.de iuriſ.omn.iud.cum vt inquit philoſophus in ſecundo de anima text.commenti.xxvi.actus actiuorum debeant eſſe in patiente bene diſpoſito,& conſequenter datur intelligi ipſos notarios inſtrumentarios non poſſe ſcribere in aliqua cauſa etiam de voluntate partium, maxime ſtante regula.l. j.ff.de arbi.l.in fraudem.§.quoties.ff.de iur.fiſ.l.i.C.de ſportu.Nec obſtant ſi adduceretur quod cum ſint electi ad conficienda inſtrumenta debent etiam intelligi electi ad ſcri-
4 benda acta†quæ appellatione inſtrumentorum veniunt l. notionem.§.inſtrumentorum.ff. de verb. ſig.c. peruenit. de teſti.cogen.ad hoc enim reſpondetur quod licet arg. procedat de iure non tamẽ procedit communi loquendi vſu con
5 ſiderato†quo fit vt quando cõcurrit lex & communis vſus communis ipſe vſus attenditur.l. librorum. §. quod tamen Caſius.ff.de leg.ii. cap. ex literis. de ſponſa. Bart. in rub. de noui oper. nunt. Ioan. Andr. in capitulo fundamenta. de elect.lib.vj. facit glo.ſing. in l. ſtipulatio.in §. hoc quoque. de verbo. obliga. quæ vult quod verba teſtis intelligantur ex communi vſu loquendi. voluit Innocen. in capit. cum

cauſa

cauſa in cap.cũ clamor.de teſti.facit gloſſ. in cap.præſenti.in verbo loca.de præb.in vi.in cap.ſtatutum. de reſcrip.eo.lib. Alber.de Roſa.in j.parte ſtatutorum quod maxime eſt dicendum in caſu noſtro quia examina dicuntur diſtincta.

CAP. XXXI.

SVMMARIVM.

Notarios facientes officiales ſuos antiquo non ſeruato ordine in caſſum laborare.

1 ☞ *Electionem factam antiquo non ſeruato ordine non tenere.*

2 *Ordine antiquo non ſeruato factum tanquam illegitimum reuocari.*

3 *Conſuetudinis magnam eſſe auctoritatem.*

4 *Nouitates eſſe fugiendas.*

5 *Corruptelam à pœna aliquem non excuſare.*

1 ENODATVM ſit tabellionibus, † quod in creatione ſuorũ officialiũ debent morem antiquũ ſeruare alias electio irritabitur, vt eſt ſing. l.actuarios.C.de act.& car.lib.xii.per quem tex. dicit ibi Bart. quòd ſindicus creatus non congregata vniuerſitate ad ſonum campanæ uel alio ſono uel non congregata in loco ubi alias ſolita fuerat congregari vel de mandato ſuperioris vt conſueuerat, eſt illegitimę ordinatus, & ita dicit ſe de facto obtinuiſſe per d.l.actuarios, quã ad hoc allegat Ant.Corſ.in ſing.ſuo.in ver.conſuetudo, & hoc idẽ voluit Bald.in tit.de pac.conſt. in verſi.ſicut ab antiquo per
2 illum tex. † ex quo colligitur antiquas conſuetudines fore ſeruandas ne alias quod ſit tanquam illegitimũ reuocetur.l. j.C.quæ ſit long.conſue.c.i.ver.conſueuiſtis vt lit..pend.capit.ad audientiam ver.conſueuit.de præſcrip.c. dilectus. de

3 officio ord. quia † conſuetudinis magna eſt auctoritas. c. cum cõſuetudinis de cõſu. habet enim vim iuſtitiæ, vt inquit Bal. in c. i. qui feu. da. poſſ. item dat mandatum. l. fi. C. de agri. & cẽſit. lib. x. l. ſupercreandis. C. de iure fiſci. l. nulli. ff. ꝙ cuiuſque vni. facit gl. fi. in c. i. lx. diſt. quæ dicit ꝙ licet regulariter electio pertineat ad capitulũ cõfirmatio aũt ad epiſcopũ, ꝙ nihilominus ſtabitur cõſuetudini, facit alia glo. peregri. in c. in ſumma. xxi. q. iiii. quæ dicit ꝙ clerici poſſunt portare veſtes ſcd̃m cõſuetudinẽ ſuæ prouinciæ, facit alia gl. ſolitaria. in c. eccleſiaſtica. xxiii diſt. not. per Bal. in l. quicunque. C. de
4 ſer. fu. † & maxime eſt dicendũ quia nouitates nõ ſunt introducendæ, vt inquit glo. in d. c. cõſuetudinis quia omnis nouitas præſumitur mala. c. ſi quis neſciat. xi. diſt. c. hoc aũt. xxx. diſt. l. in rebus. ff. de cõſti. princi. & ideo ſint cauti tabelliones ad conſuetudinẽ conſeruandã ſi conſuetudo eſt, non autem
5 corruptela † quia tunc nõ excuſabuntur à pœna auc. omnes peregrini. C. commu. de ſucce. auc. nauigia. C. de furt. ſciant tamen conſuetudinem per ſecundam non perſcriptã tolli non poſſe vt habetur in iuribus præallegatis.

CAP. XXXII.

SVMMARIVM.

Notarios ſibi uel eorum filijs in alicuius teſtamento aliquid aſcribentes periculum non euitare.

1 ☞ *Vbi uerus dolus non requiritur ignorantiæ non parcitur.*

2 *In facto proprio ignorantiam non cadere.*

3 *In relictis filio patri uſumfructum acquiri.*

4 *Aliquid facientem, pro ſe illud facere præſumi.*

5 *Legatum aſcriptum eccleſiæ à clerico ualere.*

6 *Regulariter non attendi ſpectantia ad utilitatem alicuius in conſequentiam.*

Deli-

7 *Delictum ex conſuetudine excuſandum, minori pœna*
eſſe plectendum.

1 CORDI notariorum inhereat, † quod ſi ſibi in ali
cuius teſtamẽto adſcripſerint pœnas falſi non
euitabunt. l. diuus Claudius. ff. de fal. adeo quod ſi
ignorantiam prætendant nõ audientur, quia
vt dicit ibi Bar. declarans. l. nec exemplũ. C. de
al. cũ in tali delicto non requiratur verus dolus, non debet
ignorantiæ parci iuxta not. per Cyn. in c. ignorantia. de reg.
2 iur. lib. vi. maxime quia † in facto proprio non cadit ignorã-
tia. l. ii. § Seruius autẽ ſulpitius. ff. de ori. iur. quod ẽt hoc ven
dicat ſibi locũ ſi quid aſcribunt filiis ſuis, vt eſt glo. cõmuni-
ter reputata ſing. in l. impuberem. ff. de fal. Quod etiam ha-
bet locum ſi legatum eſſet inutiſe. l. in legatum. ff. eo. decla-
3 rat. Bar. in d. l. impuberem: † & ea eſt ratio, quia in relictis fi-
lio acquiritur vſusfructus patri. l. cũ oportet. de bon. quę lib.
vnde aſcribendo filiis videtur ſibi aſcribere, & conſequenter
4 nimirum eſt, ſi falſo ſubiacent † quia quando aliquis aliquid
facit præſumitur quod principaliter illud propter ſe faciat
l. filius. §. ſequens quæſtio. ff. de fal. l. preſes. de ſerui. & aqua.
l. pactum. de prob. l. ſi ita. §. Griſogonus. ff. de verb. oblig. &
hoc eſt not. quia alias videmus, quod licet clericus non
poſsit eſſe tabellio. c. ſicut, ne cleri. vel mon. Bar. in l. vniuer-
5 ſis. C. de eden. † tamen ſi legatum aſcribat eccleſiæ valet, vt
eſt ſing. cap. inter nos. de re iudi. quem adducit Rom. in ſing.
cxlvii. Mat. in not. lxxxviii. Item etiam videmus quod no-
tarius poteſt facere inſtrumentum donationis factæ ei cui
6 poſtea ſucceſſurus eſt, vt eſt text. in l. de eo. ff. de fal. † & hoc
etiam eſt not. ex alio quia tale delictum acquiritur patri in
conſequentiam vnde deberet à falſo excuſari, vt inquit in
ſimili Bald. in l. j. in §. huius ſtudii. ff. de iuſt. & iur. facit. l. ſpon
ſus. §. generaliter. ff. de donat. inter vir. & vxo. not. glo. in
l. ſi vt proponitur. ff. ſi certum pet. in l. j. ff. de aucto. tuto. Et
ideo caueant tabelliones quia licet veniant ex conſuetu-
dine excuſandi nihilominus minori pœna plectetur, vt vo-
luit in ſimili Iaco. de Aren. in l. tertia. in §. primo. ff. de ſicca.

 Bald.

Bald.in l.ſecunda.C. ſi appe pen. Cyn. in l.ſi quis cum tello.C.de ſicca.Ioan.de Imo.in cap.primo.de præſump.Bart. in l.i.in §.diuus.ff.de ſicca.Ang.in l.i.in §.fi.ff. quod quiſque iur.Ioan.And.in c.in pœnis.de regu. iur.in vj. Roman.in l. ſi quis ſeruo. C. de furt.Quod etiam ſuadetur ex c. omnis. liiii.diſt.c.ſi vero.de ſent.excom.l. ſi adulterium.§. imperatores.de adulte.

CAP. XXXIII.

SVMMARIVM.

Notarios aliquem in tormentis confitentem ſponte confeſſum dicentes in confuſione morari.

1 *Sponte id factũ non dici, quod probatur factum metu uel tortura.*

2 *Quod uериſimile non eſt falſitatis ſpeciem eſſe.*

3 *Confeſſionem in tormentis factam non eſſe ualidam ſine alijs adminiculis.*

4 *Paria eſſe quem confiteri in tormentis uel quando eſt ad ea ductus.*

5 *Verba notarij fore naturaliter interpretanda.*

6 *In pœnalibus regulariter ignorantiam præſumi.*

DISERTVM ſit tabellionibus ꝙ ſi quis ductus eſt ad torturã vel alia tormẽta ſponteque fuiſſe eũ delictũ cõfeſſum dicãt, ꝙ poterũt de falſo puniri vt not.Bald.in c.i.in §.iniuria.in viii.col. de
1 pace iuramẽto firm.eaque eſt ratio quia † impoſsibile eſt vt quis ſpõte delictũ confiteatur probato metu vel tortura vt inquit idem Bal.in l.ſi quis hoc genus.C. de epiſco. & cleri. & videtur text. in l. ſi quis. ff. de incend. rui.& nauf. in l.iii. in §.armati.ff.de vi & vi ar. in l.miles. in §. ſocer.ff.de adult. & fa-

& facit etiam adhuc naturalis ratio, quia ſi naturale eſt vt omnis vitam ſuam tueatur, vt inquit Boe.in quinto de con ſola. philoſophica.Cicero in primo officiorum.facit.l.i.ff.de bonis damna.quia nemo præſumitur propriam vitam odio habere.l.ij.ff.de cuſto. reorum.l.ij.§.diuus.ff. de quæſt.l.j.§. quæ honorandæ.ff.quarum rerum,nec hoc veriſimile eſt c.
2 quia veriſimile. de præſum. † & cum non ſit veriſimile eſt quædam falſitatis imago.l.milites.§.oportet. C. de quæſt.l. ſi ita quis.ff.de euic.Ludouicus Rom. in l.qui in aliena.in §. Celſus.ff.de acquir. hæred. & conſequenter nimirum eſt ſi notarius ſcribens aliquem in tormentis confeſſum ſponte fuiſſe confeſſum, de falſo eſt puniendus vt inquit Barb. in conſi. lxx. incip. clementiſsimi in quarto volu. quem adducit Hippolitus de Marſil. in practica ſua crimi.in verſi. expedita nu.24. & tertia poteſt etiam aſsignari ratio quo-
3 niam† ſi confeſsio facta in tormentis eſſet ſpontanea ſeque retur ꝙ deberet valere abſque aliis adminiculis, contra l. ſciant cuncti.C.de probatio.l. qui ſententiã. C. de pœnis & in dicto capit. fi.de confeſ.in cap. nos in quenquam.ii.quę-
4 ſtio.i. †& ſciant ꝙ non conſtituitur differentia vtrum fuerit poſitus ad tormenta vel tantum ad ea ductus, quia hæc parificata eſſe videntur,vt eſt caſus reputatus ſingu.in l.nouiſsime.C.quod cum fal. tut. & hoc eſt not. cum alias voluntas etiam coacta voluntas dicatur. l. ſi mulier.§. penult. ff.quod met. cauſa & de hoc dicto exclamat Roman.in dicta l.qui in aliena in dicto.§.celſus.ff.de acquiren.hæredi. quod
5 maxime videretur dicendum†quia verba notarii non materialiter ſunt interpretanda ſed naturaliter. Bal.in l fin.C. ſine cenſu.vel reli.fun.Alex. in l. inter omnes.qui ſatiſ. cog. quorum duorum non eſt eadem parque ratio.Bar. in l. generaliter.in §.vxori.C.de vſufr.leg. caueant tamen notarii quia ſecundum ſenſum naturalem voluntas coacta non eſt voluntas.glo.in l.j. in §. pactum. ff. de pactis. & in caſu iſto
6 †non ignorantia,ſed ſcientia præſumetur dato quod alias in pœnalibus præſumatur ignorantia, vt tradit Ang. in l.j. C.de nili.agge.non rump. Bal.in l.data opera C.qui accuſ. nõ poſſunt. Bart.in l.omnes.C.de agrico. & cenſi. lib.xi.l.i

¶.de recepta.not.in l.nullus.C. de fabri. lib. xi. gloſſ. in capit. cohortationi. de app. lib.vi. Ioan. And.in cap. quicunque.de hære.eod.lib.

CAP. XXXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios propria ſigna alias in inſtrumentis adhibita mutantes,puniendos eſſe.

1 ☞ *Signa notariorũ de inſtrumẽtorũ ſubſtãtia fore.*

2 *Falſum committens mortaliter peccat.*

3 *Regulariter potius errorẽ quam malitiam præſumi.*

4 *Magis ſtari dicto laici dicentis delictum non commiſſum, quã clerici illud commiſſum affirmantis.*

5 *Neminem præſumi malum immemoremue ſalutis æternæ.nume.6.*

1 HAVD immemores ſint tabelliones quod† ſigna eorum adeo de inſtrumẽtorum ſubſtãtia ſunt, vt ſi ea mutauerint de falſo puniri ſecũdũ Bald. in l.j.C.de nouo cod.comp.& eſt tex.ſing.ſcd̃m Amadeum,ſing.in ſuis in §.iter l.com.de publi. iud. faciunt quæ habentur in l.ſtigmata.C.de fabri.lib.xi.in §.item aliena.inſtitu. de teſta. in l.Paulus. in l qui teſtamentum. in l.ſi falſum in ver.immutet.de fal. in l.lege Cornel.eod.titu.in l. fi.C.de aſſeſ.in §.oportet. in authen.de fid. inſtr.per Bar. in prohe. ff.orum. Bal. in l.bonæ fidei.C.de reb.cre.in l.diſtrahẽtes.C.de reb.eccle.non alie.Iac de Arena in l.ad teſtiũ.in §.ſi quis.ff.de teſta.& not.in l.ii.C.de conue.fiſ.debito.lib.x. & in c.cũ dilectus.extra de fide inſtru. eaque eſt ratio. quia mutando propria ſigna veritatem ipſam occultare videtur,
2 argum.glo.peregrinę,in l.j.C.de vſu.† & falſum committere dicuntur & mortaliter peccant.c.hoc falſum.c.his autem.

xxii.

xxii.quæſt.ii.Ant.de But.in c.j.de teſtibus cog. in c. cum dilec.de accu.glo.in c.ne quis.xx.quæſtio.ii.in c. ſi quis metu. xi.quæſt.iii.in l.præſcriptio.C.ſi contra ius.& iſto in caſu potius præſumitur malitia quàm error, quia error non eſt tollerabilis.l.igitur.§.poteſt.de lib.cauſa.l.plagii.C. ad l. iul. de plagiis.l.i.ff.de abig. Barba.in conſi. ſuo lxxvii. quarti volu.
3 †alias autem potius error quã malitia præſumitur,vt eſt gl. quæ eſt multum not.in c. ſuper literis.de reſcrip.& conſtare
4 poteſt,quia videmus† ꝙ quando teſtes aliqui deponunt aliquem ab aliquo occiſum & ſint clerici, laici vero deponant negatiuam,ꝙ magis ſtatur dicto laicorum, vt eſt glo. peregrina in cap.clerici.lxxi.diſt.dato ꝙ alias clerici dicantur digniores.c.cum ex iniuncto. de hære.c.denique.diſt.iiii. cap. ſacerdotibus.xi.q.i.& conſequenter potius eis credendũ fo-
5 ret.cap. in noſtra.de teſtibus.l.iii.ff.eo.maxime† quia nemo præſumitur malus.l.merito.ff.pro ſocio. c. eſtote miſericor-
6 des.de regu.iur. l.cum pater. §.rogo.ff. de lega.j. †nemoque immemor præſumitur ſalutis æternæ.c.ſanctius.i. q.vii. c.i. de ſcrutinio. & tamen ſecus eſt in caſu iſto,quia error tollerabilis eſſe non videtur,vt proxime dictum eſt.

CAP. XXXV.

SVMMARIVM.

Notarios dicentes quid coram iudice actum licet non ſit actũ in figura iudicij iudice intelligente peccare.

1 ☞ *Decretum interpoſitum ſuper actu quod iudex non intellexit,fore nullum.*

2 *Præſentes dici nõ poſſe,eos qui actũ non intellexerũt.*

3 *Verbum coram,præſentiam inducere.*

4 *Iudicis intelligentiam multum operari.*

5 *In actis coram iudice non poſſe argui dolum aut deceptionem.*

I I-

SI QVIDO conſtet tabellionibus ꝙ non poſ-
ſunt dicere aliquid corã iudice factum, niſi fue-
rit factum in figura iudicij, iudiceque præſente
& intelligente: vt eſt glo. elegans, in l. iubemus.
C. de libera. cauſa quã approbat Salycet. in lege interroga-
ta. C. eod. & in l. i. C. de confeſ. & in l. generaliter. C. de non
numerata pecunia & ea eſt ratio quia ea dicuntur facta co-
ram iudice quæ ſunt facta in figura iudicii iudice præſente
& intelligente. l. coram. ff. de verb. ſig. Bal. in rub. C. qui ad-
1 mitti. vbi dixit † quod decretum iudicis interpoſitum ſuper
actu quod non intellexit eſt nullum, allegans, quod habetur
in l. ſeruus. ff. de bonorum poſ. facit doctrina Card. in c. i. de
maio. & obed. & text. in l. dies. in §. coram. ff. de arb. in l. i.
C. de erro. aduo. vbi doctores dicunt quod etiam ſi nota-
rius dicat in aliquo inſtrumento aliquos fuiſſe præſentes &
2 hi aſſerunt ſe non intellexiſſe actum nil valere † quia præ-
ſentes dici non poſſunt cum notitiam non habuerint vt ſin
gulariter tradit Io. And. in cap. paſtoralis. de officio deleg.
Anton. Corſe. in ſing. ſuis in ver. minor plene tradit & con-
ſequenter redeundo vnde digreſsi ſumus quando notarius
aliquid actum fuiſſe coram iudice dicat iudexque non intel
lexerit debemus dicere actũ non valere iuxta not. in cap. vt
3 circa de elect. lib. vj. † quia iſtud verbum coram inducit præ-
ſentiam, præſentia aũt includit intelligentiã. c. cõuiuia. xliiii.
diſt. c. præſentiam. de teſtib. in vi. c. fi. de maio. & obe. c. i. de
poſtu. præla. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. Angel. in §. ſi vero
abſunt in auth. de hær. & falci. Bar. in l. j. in §. fin. ff. de aucto.
tu. in l. iubemus. C. de teſtam. in l. ſi pater. §. j. ff. de fideicom.
4 lib. Barbat. in c. propoſuiſti. nume. 5. de probat. † & ideo ca-
ueant tabelliones quia iudicis intelligentia multũ operatur
vt eſt text. ſing. in l. cum oſtendimus. in §. fin. ff. de fideiu. &
nomi. hęr. tuto. in l. eũ pro quo. ff de in ius vocan. in l. ſi quis
vxor. in §. ſi ſeruum fugitiui. ff. de furt. in cap. j. de iudic. &
voluit Petrus dę Ancha. in cap. quanquam. de vſu. lib. vi.
5 quod ex eo etiam patet † quia in his quę acta ſunt coram iu-
dice non poteſt argui dolus aut deceptio. l. i. C. de pręd. cur.
lib. x. l. ij. C. de reſcin. vend. Bar. in l. tranſactione. C. de tran-
ſactio.

ſactio. Bald. in l fin. C. de contrah. emp. & in d. l. ii. Angel. in l. ſi quis cum alio. ff. de verb. oblig. late per Barba. in conſi. ſuo. lii. ſecundi voluminis.

CAP. XXXVI.

SVMMARIVM.

Notarios de aliquo actu uel cōtractu pauperis pecunias accipientes uilipendendos non immerito fore.

1 *In qualibet generali diſpoſitione pauperes intelligi excluſos.*

2 *Tabellionatus officium à Deo proueniſſe.*

3 *Regulariter quē nō cogi proprijs ſtipendijs militare.*

4 *Rigoroſum fore, quē cogi de proprio beneficiū facere.*

5 *Neminē cogi in publicis exhibere officiū ſuum gratis.*

6 *Quid ſit paupertas, & quomodo probetur remiſſiue.*

NON ambigant notarii ſe de aliquo actu vel contractu pauperis pecunias accipere nō poſſe vt not. tradit Rom. in l. ſi vero. in §. de viro in fall. propter paupertatē. ff. ſolu. matri. ꝙ ēt habet locū in aduocatis & iudicibus vt tradit Bald. in l. ſi furioſi. C. de nupt. in l. generaliter. C. de epiſc. & cle. ꝙ eſt not. cōtra notarios cū alias Bart. in l. oēs populi. ff. de iuſt. & iur. appellet canes curiarū & deuoratores communiū. & Barb. in cōſi. ſuo lii. in ij. volu. dicit ꝙ licet glo. in l. ab Anaſtaſio. C. mād. dicat ꝙ aduocati omnia mala nōuerunt ꝙ nihilominus hoc melius verificatur in ipſis notariis. & ea
1 eſt ratio iſtius doctrinæ Romani, † quia in qualibet generali diſpoſitione pauperes cenſentur excluſi, quia ſemper paupertas excuſat. l. nam is. ff. de dolo. l. non facile. ff. ſi cui pluſquam per l. fal. l. forma. §. quanquam. ff. de cenſibus. vt eſt textus ſing. ſecundū Bald. in l. acceptum. C. de vſu. &

ideo

ideo dixit idem Bald. ꝙ ſi quis non fuit alicui proteſtatus propter paupertatem excuſatur. in c. iii. extra de reſcrip. & alibi in l.ii.in §.ſi quis incend.ff.ſi quis cau. dixit ſe liberaſſe quẽdam à pœna furcarum, quia non potuit appellationem proſequi propter paupertatem quem ſequitur Bart.in l. ſi procuratorem in §.ſi ignorantes.ff.mand. cũ alijs de quibus per modernos in c.ſedes apoſtolica extra de reſcrip. & Roman.adducit tex.in l.tam dementis,iunctã glo.C.de epiſc.
2 & cle.& hoc idem alia ratione corroborari poteſt †quia ſcilicet tabellionatus officiũ prouenit principaliter, à Deo à quo omnia deſcendunt cap.gratia.i.q.i.& in auct.quomodo oporteat epiſ.in prin. & cõſequenter his benefacere debet quibus Deus vult bene fieri cap.proximos.de pœnit.diſtin. iii.cap. debet.xxiii.q.iiii.max.quia alias veritas opprimeretur.cap error.lxxxiii. diſt. cap. non inferentia. cap. oſtendi. xiii.q.iiii.cap.i.lx.q.iii. cap.poſſet.lxxxvii.diſt. & illa notan-
3 da ſunt contra notarios cum alias videamus ꝙ †quis non cogitur proprijs ſtipendijs militare cap. cum officij. de præſcrip.l.ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad.teſta.ape.l.ſi quando.§.ſed cum oportet.C.de teſta.l.ſi ſeruus.§.quod vero.ff.
4 de furt.l.ii.§.quæritur.ff.de cura.bon. dand.†& nimis aridũ & rigoroſum eſt, vt quis cogatur de ſuo beneficium facere. argu.§.hoc autem.xv.q.iii.cap.caritatem.xii.q.ii.cap. non licet.xiiii.q.v. Ioan.de Cacialupis in tractatu aduocatorũ. in i.ii.iii.q. & alibi habetur in l.abſentia.ff. de reg. iur.l. ad in-
5 uidiam.C quod met.cauſa in l. pen.ff. de pet.hære. ꝙ † nemo in publicis cogitur exhibere officium ſuum gratis & tamen ſecus eſt in caſu iſto fauore paupertatis. quæ vt ſupra
6 dictum eſt in qualibet diſpoſitione cenſetur excepta † quis, autem dicatur pauper & quomodo probetur paupertas nõ refero. quia habetur per doct.in l.curare. in §. inopes. ff. de mu.& ho.in l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſc.& cle. in l. paupertas.ff.de excu.tut.in l.doce ancillam. C. de rei vend. in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtit.

CAP. XXXVII.

SVMMARIVM.

Notarios nolentes ſcribere proteſtationem factam iudici à parte iudice inuito detrimentum querere.

1 ☞ *Vnumquenque poſſe alteri de aliquo proteſtari. ne ei illud præiudicet.*

2 *Proteſtationem à partis uoluntate dependere.*

3 *Notarios negantes confectionem inſtrumentorum tabellionatus officio priuandos.*

4 *Quamlibet etiam ſiniſtram ſuſpicionem ad euitandum periurium fieri.*

NON obliuioni mãdent tabelliones, q̃ ſi pars fuerit aliquid iudici proteſtata q̃ iudice etiam inuito talem proteſtationẽ ſcribere tenẽtur. vt dicit Bald. in rub. C. de fide inſtr. & facit l. duorũ.§.libertus.ff.de oper.lib. quã pro ſingulari addũcit Rom.in ſing.ſuo. ccxviii. alioquin ad intereſſe tenebũtur ſicut tenẽtur qñ inſtrumentum edere parti recuſant vel exhibẽt ſed defectiuũ vt tradit idẽ Bald.in l.fi.C. de edẽ.& habetur in l.j.in §.fin.ff.de fal.eaque eſt ratio quia
1 † qñ aliquis actus põt alicui præiudicare ille põt proteſtari querẽti illũ actũ,& notarius proteſtationẽ ipſam ſcribere tenetur,vt voluit glo.in c.cupiẽtes.in §.ſed ſi per xx. de elect. & in c.j.& in c.plerunque.de reſcrip. Pet.de Anch. in c. paſtoralis.de offic.ordina.not.in l.quarta.§.in venditione quibus mod.pig.vel hy.ſol.per Spec. in titu.de elect.in §. ſuperius. Bal.in l.ſi ſine.in fin. C.ad vell.& hoc vt de ipſa proteſtatione apparere poſsit argu. l. contrahitur.ff. de pigno.l.
2 peregre.ff.de acquir.poſſ. maxime † quia talis proteſtatio dependet à voluntate partis, & conſequenter in ea nõ requiritur iudicis conſenſus vt no.Inno.in cap.i. de fid.inſtru.Bal. in rub.

in rubri.C.eod.& habetur.in §.pen.in authen.de tabel.per Bar.in l.ſeruus communis.de ſtipu.ſeruo.glo.i.§.pen.in au-
3 then.de fide inſtru.† & ideo caueant notarii. quia negando periuri etiam efficerentur, & poterũt de periurio puniri ſicut quando negant inſtrumentorum confectionem vt tradit Car.in cle.roma.in §.dudum.de iure iu.Bal. in l.prouidendũ.C.de poſtu.quando maxime nou eſt grauatus multitudine rogationum,vt eſt tex.peregrinus in authẽ. de ta-
4 bel.in verſi.ſed neque quæſtus, † & eſt not. contra notarios cum alias videamus quamlibet etiam ſiniſtram ſuſpicionẽ faciendam fore vt euitetur periurium,cap.cũ dilecti.de teſt. Bart.in l.in inſulam.in §.fructus.ff.ſolu.matrimo.in l.i.ff.de vſufru.Innocen.in d.cap.cum dilect.

CAP. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Notarios de publico ſalariatos, ſalarium etiam a ſponte dantibus accipientes immoderatos eſſe.

1 ☞ *Semper id attendi, quòd à pluribus factum eſt.*

2 *Fauori publico aliquo pacto præiudicari non poſſe.*

3 *Medicos ſalariatos de publico, ſalarium à ſponte dantibus accipere non poſſe.*

4 *Tacitam prohibitionem idem operari quòd expreſſa.*

OBSERVENT tabelliones ꝙ ſi de publico ſunt ſalariati nõ poſſunt ſalarium ẽt à ſponte dantibus accipere,vt eſt no.theo.Feli.in c. tua nos. in vlt.col.circa medium, de homicid. qui allegat Bar.in l.munerũ.in §.fin.ff.de mun. &
1 hon.† & ea eſt ratio quia alias introduceretur cõſuetudo ſalarii ſoluẽdi. ꝙ non ſoluendo perſone erubeſcerẽt, quia iã à pluribus ſolutum foret,& id eſſet attendẽdum cap. de quibus xx.diſt.l.j.ff.de ſenat.l.i.ff. de officio quæſtor. l.athlete. ff.de

ff.de his qui no.infa.maxime quia cū ſit de publico ſalariatus videtur prohibitus ab aliis ſalarium accipere vt not. idē Feli.in c.j. extra de ſymo.per gloſ. in l.inuitus in §.fin.ff.de reg.iur.in cap.ſtatutum.de reſcrip.in vi.in cap. exiguum de cenſibus eo.lib.not.Bart.in auth.ſed hodie.C.de epiſ.& cle. Barth. Cæp.in conſi.xvii.in v.col.incip. ſtante quodam.per Lapum in allegatione.xxxvii.incip.ſtante conſtitutione. Petrum de Ancha.in conſi.cclxxii.incip.de titu.Hip.de Marſi.
2 in l.vnica.C.de raptu virg.† & tertia etiam ratio aſsignari poteſt quia licet videantur prohibiti fauore publico tali fauori non debent poſſe etiam priuato conſentiente præiudicare.l.i.in fi.C.de cad.tol.l. pacta.C. de pact.l.ii.C.de ſal.hoſpi. non præſta. lib.xii.l.fi.§.i.C.de re mili. eo.lib. l. in commodis. ff. de re iudi. l.quos prohibet.ff. de poſtu. l. ſpem.C. quæ res pig. obli. poſ.
3 † & ideo videmus quòd dicit idem Felyn.in d.cap.tua nos.ꝙ medicus ſalariatus de publico nō debet poſſe ab infirmis ipſis etiam conſentientibus ſalariū accipere adducendo Bart.in l. archiarii. C. de prof. & med. lib.x.ꝙ eſt not. pro intellectu.l.pen. C. de pact.l.i. §. vſque adeo.ff.de iniu. eaque eſt ratio quia cum etiam ipſi ſint de publico ſalariati videntur tacite prohibiti ſalarium accipere
4 † quæ quidē tacita prohibitio idem operatur quòd expreſſa.l.cum quid.ff.ſi cer.pet.not.Ioan.de Imo. in l. ſi cum dotem.ff.ſolu.matri.& ideo nec directe nec indirecte debet poſſe tali diſpoſitioni præiudicari.c.cum quid.de reg.iur.lib.vi. facit theo.ſing.Io. And.in additionibus ad Spec.in titu. de don.quā exclamat Franciſ.Cremenſis in ſing.ſuo.cxxxi.

CAP. XXXIX.

SVMMARIVM.

Notarios diebus feriatis in honorem dei relationes nuntiorum accipientes, non modice errare.

2 *Lege ab initio reſiſtente actū nō ualere licet in tēpus*

habile

habile transferat.
2 *Actus tendentes ad perficiendum proceſſum non poſſe diebus feriatis in honorem Dei fieri.*
3 *Diſpoſitũ in antecedenti, cenſeri diſpoſitũ in cõſequẽti.*
4 *Iudicis cõmiſſionẽ de citãdo uim ĩterlocutorie obtinere*
5 *Actum ex effectu dignoſci & præparatoria & præparata fore connexa.*
6 *A primordio tituli poſteriorem iudicari euentum.*

NEQVAQVAM obliuioni tradent tabelliones ꝙ relationes nuntiorũ quæ debent in actis ſcribi ſecundũ glo.in l.pen. in verbo per cõtumaciã.C.ad trebel. nõ poſſunt aliquo pacto diebus feriatis accipere vt eſt cõmu. ſcola ſcribentium in l.j.§.nunciatio.ff.de no.oper.nun.ea ratione
1 quia† vbi lex reſiſtit ab initio actus nõ valet licet in tempus habile trãsferatur.l.ſi minor.ff.de ſeru.expor.ſed lex ab initio reſiſtit diebus feriatis in honorẽ Dei relationes nuntiorũ fieri.l.dies feſtos.C.de feriis ergo licet relationes in tempus habile transferãtur nihilominus non debent poſſe fieri
2 †quia ſcilicet actus tẽdentes ad perficiendũ proceſſum non poſſunt diebus feriatis fieri. c. cõqueſtus extra de feriis. ſed citatio tẽdit ad perficiendũ proceſſum.§.omniũ geſta. Inſti. de pen.teme.litig.no.Bar.& Ang.in l.i.ff.de in ius voca.Lanfran.in c.quoniã cõtra. de proba.in ver.citationes ꝙ eſt no. cũ alias poſsit in eccleſiis fieri.l.præſenti.C.de his qui ad eccle.confu.ſi igitur citatio nõ põt fieri die feriato ergo nec ci
3 tationis relatio† cũ ſit quodam conſequens & diſpoſitum in antecedenti intelligatur diſpoſitum in conſequenti.l. ad legatum.l.ad rem mobilem. ff. de procu. maxime quia etiam commiſsio iudicis de citando aliquem nón poteſt die feriato fieri ſecundum communes opin. doct.in d. §. nunciatio.
4 †eo quia commiſsio iudicis de citando obtinet vim ſententię interlocutorię vt eſt glo.in l. cum clericis in verb.ſententiarũ.C.de epiſ.& cle.quæ quidem ſententia interlocutoria

cum

cum ſit de attinentibus ad proceſſum nō pōt die feriato fieri.d.c.quoniam contra.d.c.conqueſtus.l.ſi de meis. §. compromiſſo.& l.ſi feriatis.ff.de arbi. item nec executio nuntii. vt inquit Bal.in l.fi.C.de fer.quia talis executio eſt effectus commiſsionis quo caſu cum non poſsit fieri cōmiſsio multo 1
5 minus debet poſſe fieri executio †quia actus dignoſcitur ex effectu.l.ii.C.commu.de leg.l.ii.C.de conſt.pecu.l.i.ff. quòd quiſque iur. & quia commiſsio eſt præparatoria. executio autem præparatum & diſpoſitum in præparatorio habet locum ēt in præparato. quia præparatoriū & præparatū ſunt connexa.Bar.in l.fi.C.de codic.& de connexis idē eſt iudiciū l.cum actum.ff.de neg.geſt.& cōſequenter cū nō poſsit fieri die feriata commiſsio citationis nec executio citationis multo minus debet poſſe fieri relatio cum ſit de forma iudicii quantuncunque nulla in ea vertatur cognitio iux.not.in
6 l.prolatā.C.de ſentē.& interlo. †maxime quia à primordio tituli poſterioriudicatur euētus.l.i.C.de impe.lucra.deſcrip. l.regula.§.licet.ff.de iur.& fact.igno.c.i.dē poſtul.præla.Bal. in l.per detentionem.C.de vſu.Ang.in l.ſi quis cum aliter. ff.de verb.oblig.in l.pacta nouiſsima.C.de pact.cum ſimi.

CAP. XL.

SVMMARIVM.

Notarios alicui iuramentum præſtantes nec facietes eos ſcripturas tangere uanis laborare impendijs.

1 *Iuramētū tactis ſacris ſcripturis ĩterponi debere.*

2 *Tanto magis degerantem puniri quanto ſanctior eſt ille per quem iurat.*

3 *Deum non attendere quòd fit,ſed quo animo fiat.*

4 *Qualitatem extrinſecam non præſumi niſi probetur.*

5 *Iurantem per hæc ſacra Dei euangelia & ſuper ipſis non iurantem nihil agere.*

F PER-

1 PERSPICVVM ſit tabellionibus quod † quãdo iuramentum alicui præſtatur ad hoc, vt aliquid operetur debet eſſe interpoſitum tactis ſacris ſcripturis, vt eſt glo. ſolitaria in cap. vt circa, de elect. quam pro ſing. adducit Lanfran. in cap. quoniam contra in verſi. teſtium depoſitiones, de proba. quantuncunque videatur textus in cap. hortamur. iii. quæſtio. decima. in l. ſecunda. C. de iura. calum. in §. primo. in authen. vt iuſiu. præſt. ab his, in l. fina. C. de admini. tut. in cap. ad hęc. extra de hære. facit c. vbi periculum in §. ſuper his de elect. lib. vi. cap. primo. §. ſi in domino in titu. quid ſit inueſt. in vſi. feud. cap. primo. §. item ſacramenta. de pace iuram. firmanda vbi Bald. allegat Iacobum de Butr. in authen. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſus vendit. l. generaliter. §. omnibus. C. de iureiur. † & ea eſt ratio quia tanto magis degerans punitur quanto ſanctior eſt ille per quẽ iurat cap. mouet tex. xxii. quæſtio. prima. & iſta ſunt not. cum alias dicant theologi quod qui per lapidem falſum iurat periurus eſt vt late per Bald. in dicta authen. ſacra. pube. copioſe per Alexan. & Paul. de Caſt. in l. iii. in §. iurare. ff. de iureiur. † maxime quia Deus non attendit id quod fit, ſed quo animo fiat, gloſ. in l. iii. in fin. ff. de interrog. act. cap. non ſatis. lxxxvi. diſtin. l. ſi ſtipulatus fuero in fin. ff. de verb. oblig. cap. quid inueniſti. xiii. quæſtio. v. cap. ſtatutum de reſcrip. lib. vi. §. alie. Inſti. de actio. & tamen in caſu iſto ſecus eſt, quia attenditur nunquid iurauerint teſtes ſuper euangeliis. Et ideo caueant tabelliones vt etiam habeant mentionem qualitatis præſtiti iuramenti † quia vt inquit Lanfran. in d. cap. quoniam contra iſta eſt quædam qualitas extrinſeca quæ non præſumitur niſi probetur. l. quocunque. §. fina. ff. de publ. l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. quod eſt not. cum alias videamus ꝙ acta iudicii præſumuntur ſolemniter geſta. l. cum oſtendimus. §. fi. ff. de fideiu. tuto. tradit Bar. in l. quoties. in §. fi. ff. de hære. inſti. Bald. in l. i. C. com. de leg. † & ideo dicendum aſſerebat idem Bald. in dicta authen. ſacramenta puberum hoc maxime locum habere quando quis iurat per hæc ſacra Dei euangelia, quia cum

(Marginal numbers 2, 3, 4, 5 stand beside the lines beginning "raliter.§.omnibus", "ff.de iureiur.", "habeant mentionem", "C.com.de leg." respectively.)

cum illa dictio hæc ſit demonſtratiua ſi ſubiecta ſcriptura euangelia non coutineat oratio redditur falſa l.fin.C. quòd cum eo.Bal.in l.ii.C.de conſti.pecu.in l.fin. C.vbi ratio agi oporteat.Saly.in l.fi.C.ad mace.facit authẽ. generaliter.C, de epiſco.& cleri.

CAP. XLI.

SVMMARIVM.

Notarios non conſtituentes differentiam inter iuramentum ueritatis & reſponſionis ad interrogata, ignorantiæ notam ſubire.

1 ☞ *Iurantem dicere ueritatem & quid reticentem non eſſe excuſandum, ſecus ſi iuret ad interrogata reſpondere.*

2 *Iuramentum habet tres commites quatuorque continere conditiones.*

3 *De nouo emergentia nouo auxilio indigere.*

4 *Diſpoſitionem etiam generalem ad incognita nõ trahi.*

5 *In mente retenta nihil operari ſi non exprimantur.*

1 NOTARIOS non fugiat non modicam differentiã eſſe†nunquid teſtes iurent dicere veritatẽ,an vero iurent ad interrogata reſpondere quia primo caſu quãdo iurat plenam & meram dicere veritatem hoc eſt omne id deponere ꝙ verũ ſit.falſum aũt prætermittere cap. hortamur cap.pura.ii.quæſt.ix.cap. nullum.ii.quæſtio.iiii.ſi quid conticuerit non erit excuſandus. ſecundo vero caſu quando iurat interrogatis reſpondere poterit excuſari. capitu. cum dilecti.de accu.& ideo ſint cauti tabelliones in delatione iu-
2 ramentorum † & ſciant quod iuramentum habet tres commites videlicet iudicium iuſtitiam & veritatem auth. quod

eis.C.de nup.cap.& ſi Chriſtus.de iureiuran. xxii. quæſt.i. ſciantque adhuc iuramentum quatuor conditiones continere.primã,ſi Deo placuerit cap. Beatus.xxii.quæſt. ii. quia per diuinam diſpoſitionem omnia humana vincula franguntur.cap.due.xix.quæſtio. ſecunda. cap. dixit xiiii. quæſtio.v. ſecundam, ſi papæ placuerit capit. veniens de iureiuran.capitulo eam te. eod.titu.capitulo conſtitutus.de reſcrip. l. Imperatores.ff.ad municipal. tertia eſt conditio ſi res in eodem ſtatu permanſerint. capitulo ne quis vigeſimaſecunda quæſtione.ii.l.cum quis. in princi.ff. de ſolutio. capitulo quemadmodum.& in glo. magiſtra. de iureiuran.
3 †quia quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.l. quæ de nouo.C.de legibus.l.de ætate. ff. de interrogatio. actio. cap. inſinuante.de officio delega. & conſequenter etiam in iſto caſu ſi quid de nouo ſuperuenerit debet poſſe iurans à
4 iuramento diſcedere maximeque†quia in generali diſpoſitione non veniunt incognita cap. anteceſſor.xi. quæſtio. iii. l.cum aquiliana.ff.de tranſactio.l. emptor.l. tres fratres. §. Lutius.ff.de pact.l.in lege.ff.de contrahen.emptio.cap.cum multiplici extra de decimis glo. in cap. ſi quis arbitretur vigeſimaſecunda quæſt. ſecunda.quarta eſt cõditio ſi deponẽti fuerit ſeruata fides cap.i. de no. forma fidel. in vſi. feud. cap.peruenit de iureiuran.l.quæro.§.interlocutorem.ff. locati: rurſus facultas & commoditas in iuramento intelligitur.l.breui.§. quæ honorandæ. ff. quarum rerum. & aliæ etiam ſunt conditiones de quibus per gloſ. magiſtram in
5 dicto capitulo quemadmodum†& ideo ſint cauti ipſi tabelliones quia ſi quis vltra prædictas cõditiones aliquam ſubintelligi voluerit non ſubintelligetur ſi non exprimatur licet menti concipiatur capitulo vltimo trigeſimaſecunda quæſtione fina.l.ſi repetendi. C. de conditio.ob cauſam, & ſciant iſtas conditiones habere locũ in iuramentis promiſſoriis non autem in aſſertoriis vt habetur in l. ſi mulier à viro.C. de iure dot. in dicto capitulo fina. trigeſimaſecunda quæſtio.vltima.

CAP. XLII.

SVMMARIVM.

Notarios teſtamenta celebrantes & non facientes quod teſtes teſtatorem uideant in nube uerſari.

1 ☞ *In probando actum inter uiuos non eſſe neceſſe quod teſtes contrahentes uideant.*

2 *Vocem eſſe expreſſionem earum quæ ſunt in animo paſſionum.*

3 *Vbi nõ cõſtat de qualitate ĩ actu requiſita actũ uitiari.*

4 *Regulariter fraudi cum fraude reſiſti poſſe, niſi in falſi crimen incurratur.*

5 *Tempore peſtis recedi à regulis iuris communis.*

6 *Teſtamenta inter liberos & ad pias cauſas in nõnullis reſpectu ſolemnitatum priuilegium potiri.*

7 *Anima cunctis rebus præferenda.*

1 PALAM ſit tabellionibus ꝙ † quantuncũque qñ agitur de probando actũ inter viuos non ſit neceſſe ꝙ teſtes teſtatoré videant c. ſuper quarta.x.quæſt.ii.& habetur in l.teſtan. ff. de teſt.in c.ex literis.extra de conſuet.cap. præterea.de teſti. tamen ſecùs eſt vbi agitur de probãda vltima volũtate, quia tũc requiritur ꝙ teſtes teſtatoré videãt, alioquin teſtamentũ erit nullũ.l.ſi vnus.C.de teſtam & hoc gratia fraudis euitandæ quæ de facili poſſet in teſtamentis cõmitti, arg.l.fin.C.de fidei.l.ſatis aperte.C. de falſ. glo. in capitulo ſuper eo.de renunti.& eorum quæ no.Innoc. in cap. ſuper literis. de reſcrip.& in c.teſtes.iii. quæſt. ix. quoniam. de facili poſſet aliquis ſupponi qui de facili teſtatoris vocem fingeret & ipſi pœnas falſi non euitabunt. l. iubemus.

2 C.de teſta.† & ideo cauti ſint ad faciendum ꝙ teſtes teſtatorem videant eiuſque vocem audiãt, quia vox eſt expreſſio earum quę ſunt in animo paſſionum l.labeo.§.idem tubero.ff.de ſuppel.leg. no.Bald.in l.mandatum.C.de reſcrip. alias ſi de tali qualitate non conſtabit teſtamentum vt di-
3 ctum eſt infirmabitur† quia quando actus requirit aliquam qualitatem ſi de ipſa non conſtat vitiatur. l. ii.ff. qui ſatiſd. cog.& ibi Bar. in §. parui. facit quod habetur in l.i. in §. illud.ff.ad Sylle.per Inno.in c.cum ſit generale. de fo. comp. & ſic poterunt ipſi notarii etiam ad intereſſe teneri vltra
4 falſi pœnam quam euitare ſtudere debent,† quia adeo odioſum eſt crimen falſi.vt licet alias vulgariter dici ſoleat fraudi cum fraude reſiſti poſſe, vt eſt glo. ſingu. in cap. cupientes.in verbo malignantium, de elect. libr. vi. pro qua facit alia glo.in cap.Dominus noſter.xxii. quæſt. ii. in l. cum pater.in §. lino.ff.de leg.ii. quem adduxit Bald. in l. veluti.ff. de iuſt.& iu.tamen vt inquit idem Bal.in rub.C.de fide inſtru.ad hoc vt falſum inſtrumentum repellatur non licet fal
5 ſo reſiſtere† & prædicta vendicant ſibi locum præterquam in tempore peſtis quia tunc teſtamenta ſuſtinebuntur. & notarius à prædictis pœnis excuſabitur, vt tradit Ioã.Crot. in tractatu de teſt.in veb. prima ſit concluſio.ſubijciens etiã poſtea hoc in codicillis non procedere. in quibus tanta ſolemnitas non requiritur quanta in teſtamentis dicta l. fina. C.de fideicom.& l. fi. C. de codicil. & ideo illa regula quæ dicit quod qui non poteſt teſtari non poteſt codicillari de qua in l.ij. ff. de leg.j. procedit reſpectu perſonæ non autẽ ſolemnitatum, vt inquit Mateſillanus, in ſing. ſuo. cxxv.
6 & clauſula codicillaris quo ad hoc multum operabitur† tertio prædicta non procedunt in teſtamento inter liberos & ad pias cauſas cũ ſolemnitas minor in eis requiratur auth. ex imperfecto.C.de teſta. capitulo relatum. eod.titu.l. fin. §. in omni. C. de cod. ponderando verbum relicta quod ad vltimam voluntatem refertur.l. prima.ff. de tab. exi. & ea eſt ratio in teſtamento inter liberos, quia pater inſtituendo liberos eis relinquit quod ipſis debitum eſt l. in ſuis.ff. de lib.& poſthu.l.nam & ſi.ff. de inoffic.teſtamen.l. ſcripto.ff.

vnde

vnde liber.l.cum ratio.ff.de bon.damna. in teſtamento vero ad pias cauſas ratio eſt,quia tale teſtamentum tendit ad
7 fauorem†animæ quæ cunctis rebus eſt præferenda.l. ſancimus.C.de epiſc.& cle.cap. infirmitas. de pœnit.& remiſſ. & ſcribitur apud patientiæ ſpeculum Iob pellem pro pelle & omnia quæ habet donat homo pro anima ſua quæ a mente diuina procedit glo.in auct.de monach.in prin.

CAP. XLIII.

SVMMARIVM.

Notarios facientes legitimationes & in eis non apponentes clauſulã (nõ obſtante l.) nihil fore pẽdẽdos.

1 ☞ *Per clauſulã (non obſtante) gratiam non augeri ſed declarari intentionem legitimantis.*

2 *Clauſulam (non obſtante) in nube poſitam non trahi ad eum qui eſt odioſus legi.*

3 *Legitimationem per obreptionem factam non ualere.*

4 *Comitem palatinum non habentem poteſtatem legitimandi mortaliter legitimando peccare & pœna temporali fore puniendum.*

5 *Principẽ legi ſubiectum eſſe ex ſentẽtia beati Thomæ.*

6 *ſcandala fore euitanda cum eorũ gratia exorbitent regulæ, à diſpoſitione iuris.*

CLARVM ſit tabellionibus qđ ſi fecerint inſtrumẽta legitimationis & in eis nõ appoſuerint clauſulã nõ obſtãte.l.qui cõtra.C.de inceſt.nup.§.fi.in auth.quib.mo.nat.effi. ſu. cũ ſimi.quod iſto in caſu talis legitimatio nõ habebit effectum alicuius operationis vt tradit Bal. in l. eam

 quam.

quam.C.de fideicom.quem ſequitur dominus Anto.in cap.
1 per venerabilem.extra qui filii ſint legitimi.†quia licet per huiuſcemodi clauſulam non augeatur gratia argumẽ. clemen.i.de præb.nihilominus declaratur intentio ipſius legitimantis, vt tradit Specu.in titu.qui filii ſint legiti. Roma. in l.ſi vero.in §.de viro.ff.ſoluto matrimo.Petr.de Anch. in conſil. ſuo ccccvi.§. ſiquidem.auct.quib. mod. natu.effi. ſui
2 †& ideo dicebat idem Bal.quod quantuncunque talis clauſula eſſet appoſita in nube & legitimatus eſſet odioſus legi. quod talis clauſula ad eum non extendetur, adducendo l. Lucius.§.Lucius titius.ff.de leg.j. cap. i. de fil. presb. lib. vi. quando vero non eſſet appoſita,multomagis dicendum le-
3 gitimationem non valere † quia cenſetur facta per obreptionem,quo caſu nec etiam decretum valet.l.cum vero.§. ſubuentum.de fideicom.lib.l.tutor ſi petitus. ff.de in ius voca. habetur in capit. ſuper literis. de reſcrip. & iſto in caſu etiam cautela optima erit ſi viſis priuilegiis ipſius comitis palatini ipſa adducant, quia cum contrarium videatur de mente legis contrarium aſſerenti incumbit probatio Bart.
4 in l. neque natales.C. de probat. † maxime quia ſi poteſtatem non haberet & legitimaret peccaret mortaliter & temporali etiam pœna veniret puniendus glo. ſolemnis. in c. ii. de conſtitu.lib. vi. etiam talis pœna poterit arbitrio iudicis imponi cũ peccet in legem.l.iii.C.de ſacroſ.eccle. ne alias. ll. nobis de uento ſeruiant contra cap. cum in iure peritus. de elect.l.quod labeo.ff.de car.edicto cap. cum in iure de officio deleg.cũ emanarint maxime à Deo vt habetur in princ. Hyeremię vbi Deus dixit ecce poſui verba in ore tuo & in 50. diſtin.c.i. de transla. prel. in c.ſuſpecti.in cap. canonica.
5 iii.quæſt.v.in c.ii.de priui.lib. vi. † & ideo beatus Thomas in prima ſecundæ.q .xcvi. artic.ij.dicebat quòd etiam princeps eſt l.ſubiectus declarãdo.l. princeps.ff. de legibus quia dupliciter quis poteſt eſſe ſubiectus legitimo modo pro vt regulatum regulæ & tunc omnes qui ſubduntur regulæ dicebat ſubdi legi.ſecundo modo poteſt quis dici ſubiectus legi quo ad vim coactiuam & hoc modo tantum mali ſubii-
6 ciũtur & in ipſis terminis loquitur.l. princeps.†& ideo gratia

tia ſcandali euitandi cauti ſint tabelliones quia eius gratia conceduntur multa quæ alias non concederentur cap. nihil cum ſcandalo de præſump.l.qui cedem.ff.de ſicca.Bald. in l. nullus.C.de ſumma Tri.& fide ca.& in l.ordinarii. C.de rei vend.in c.cum cauſam. de probat.glo. in cap.i. lxxii. diſt. in cap.quia circa.de conſang.& affi.in c.apoſtolica.viii.q.i.in c. ſi illa. vii.quæſt.ii.in l. equiſsimū.ff.de vſufru. & in cap. cum teneamur.de præben.& conſequenter ſi viderint & retulerint in legitimatione priuilegia commitis ſcandala euitabuntur ſi poſuerint clauſulam non obſtante non potuerūt de falſo puniri ſecus econtra.l.iubemus. C. de teſta. de qua ſæpe & ſæpius eſt habita mentio.

CAP. XLIIII.

SVMMARIVM.

Notarios credentes in præiudicialibus parti ſe conſuetu dine excuſari illuſione atque deriſione dignos.

1 ☞ *In prohibitis à lege conſuetudinē non excuſare.*

2 *Conſuetudinem regulariter à pœna liberare.*

3 *Communem errorem ſequentem in dolo non eſſe.*

4 *Ledendum non eſſe qui humano iudicio non peccauit cum omnis cauſa excuſet à dolo etiam iniuſta.*

5 *Conſuetudinem ueritati cedere.*

1 PERSVASVM ſit tabellionibus quod† quātuncunque ex eorum conſuetudine aliquid fieri non inconueniat, quod nihilominus ſi hoc lege fieri prohibeantur quod conſuetudine nō excuſabuntur, vt eſt not.dictum Hoſt.in cap.quanto.de his quæ fiūt à prela.ſi. conſen.cap.quē Bal. refert in c.i. de feu. cog. in vſi. feu. & pro ſing. allegat Roman. in ſingu. ſuis. ccclxxix.

cclxxix. ſubiiciens exemplum in caſu.l. quæ dotis ſolu.ma
2 trimo.ꝙ eſt menti tenendum†cum aliàs videamus quod cõ
ſuetudo quem excuſat à pœna,& eſt de mente Bald. in l. ij.
C.de re .alie.non alien.& eſt glo.reputata ſing.in cap.cum
venerabilis extra de conſue. & ibi dicit dominus Petrus de
Anch.ſe excuſaſſe quendam Archidiaconum a pœna priua
ti carceris quia ponebat clericos ſibi ſubiectos in cœpis ea ra
tione quia ita fieri conſueuit quod etiam voluit in conſil.
cclxxi.vbi inquit quod cum quidam eſſet percuſſus a quodã
puero in ludo ſaxorũ & ea percuſsione interiiſſet quod ille
qui eũ percuſsit debet excuſari intuitu conſuetudinis alle-
gans aliã glo.ſing.in c.denique iiii.diſt. quod etiam ratione
3 comprobari poſſe videtur† quia qui communem errorem
ſequitur non eſt in dolo.l.j.ff. de abig.l. atlete.§. i. de his
qui not.infam.Bart.in l.fi.C.de pen.iud Bal. in l. obſeruare
in §.proficiſci.ff.de officio procon. Ioan.And.in c.i.de con-
ſtitu.& facit id quod vulgariter dici ſolet iudicium populi
nunquam contempſeris vnus,& ideo dicebat idem Bald. in
conſi.ſuo incip.in Chriſti nomine amen quando aliquid co
meditur ꝙ ſi ſtat ſtatutum ne quis ludat extra aliquem lo-
cum & conſuetudine ibi ludatur ꝙ ludens pretextu talis cõ
4 ſuetudinis debet excuſari†quia non debet ledi qui humano
iudicio non peccauit cap.inter corporalia de tranſl.prel. ma
xime quia conſuetudo vim priuilegii obtinet. l. hoc iure.§.
ductus aquę.ff.de aqua quoti. & eſti.quia etiam omnis cau-
ſa ſi eſt colorata etiam iniuſta & fatua excuſat à dolo glo. in
l.i.ad fin.ff.ſi quis in ius vo.non ierit. in l.ex conſenſu. in §.
fi.ff.de appel. in l. miles. §. mulier.ff.de adul. & in l. igitur.
§. poteſt. de lib cauſa. & tamen conſuetudo in caſu iſto
quæ etiam iuſtitiæ vim habet Bal. in cap.i.qui feud.da.poſ-
ſunt & in l.quicunque.C.de ſeru.fug.non excuſat. notarios
5 à pœna†quia eſt nutritiua peccati & mala cap. ii. de probat.
cap.fina.de conſue. cap. quoniam, extra de præſum. §. i. in
auth.vt nulli iudi. maxime cum eſt contraria veritati quia
cõſuetudo veritati cedit & ideo dixit dominica veritas ego
ſum veritas & vita, non conſuetudo quæ veritati poſtponẽ
da eſt cap.veritate,cap.qui conſuetudine, cap. qui contem-

pta.

pta. diſtin.x.& cum conſuetudo cedat & rationi & legi capitulo vſus,capitulo conſequens, capitulo nolite, capitulo conſuetudinis,diſtinctio.xii.caueant notarii quia ex his contraria ceſſant quibus etiam latiſsime reſpondetur per Barbat. in dicto cap. cum venerabilis quem ratione breuitatis non refero.

CAP. XLV.

SVMMARIVM.

Notarios inhabiles ad rogitus inſtrumentorũ patientes ſe rogari nec detegentes dedecus ſuũ inſipiẽtes eſſe.

1 ☞ *Neminem cogi detegere dedecus ſuum.*

2 *Neminem excipiendo poſſe allegare turpitudinẽ ſuã.*

3 *Turpitudinem propriam poſſe allegari ubi agitur de periculo uitæ.*

4 *Pertinentia ad rempub. per perſonas abiectas fieri non debent.*

HAVD dubitẽt tabelliones ſi aliquo defectu fuerint grauati ita ꝙ non poſsint à partibus rogari & partibus eum rogantibus nõ reuelauerint, ſed inſtrumenta confecerint ꝙ ad intereſſe tenebuntur vt eſt text. in l.generali. C. de tab. lib.x. quem pro ſing.adducit Rom.in ſing.ſuo. cli. allegans pro corrobora-
1 tione ea quæ habentur in l.fi.C.de magiſt.conue.† ꝙ eſt no.
cum aliàs videamus quod quis non cogitur detegere dedecus ſuum l. qui cum alio.C.de reg. iur.l. inciuile.C. de fur. imo allegans non auditur.l. creditoribus. C. de ſeruis pigno.da.capitulo cum ſuper,de conceſſ.præben. capitulo inter dilectos.de dona. c.lator.de re iud.l.iuſiurãdum.§. procurator.ff.de iure iu.& ibi Bar.& Bald.in l.i.& ii.C. ſi mi. ſe maio.

maio.dix.in l.tranſactione.C.de tranſ.Bar.in l.i.ff. de cond. ob.turp.cauſam in l.de tutela.C.de in integr.reſti.plene per Feli.in d.c.lator.facit glo.ſing.in cap.nulli.de accu. vbi dixit
2 †quod quis non põt excipere contra teſtes allegando turpitudinẽ ſuam.facit quod voluit Innoc.in cap.i. de officio vicarii.& tamen in caſu iſto notarius cogitur turpitudinẽ ſuã allegare fauore publico ita dictante iuxta ea quæ habentur in l. interrogatum. C. de libera. cauſa.In l.i. C. eod. in l. ſi tibi. C. de euict. ſicut idem etiam videmus vbi agitur de fauore eccleſiæ.vt dicit glo. in cap. inter dilectos. de donat. maxime quia allegando turpitudinem ſuam allegat interdictum legis quod fieri poteſt.l.interdictum.l. a diuo pio.ff. de ritu nup.quia etiam tractatur de pena intereſſe euitandi
3 quo caſu debet poſſe turpitudinem ipſam allegare†arg.glo. peregrinę in cap.ſi vero aliquis de iureiu.& not.per gl.in l.ſi pater.§.i. ff. de dona. vbi dicitur ꝙ vbi agitur de periculo vitæ põt propria allegari turpitudo ſed pecunia eſt tanquam vita expetenda glo. in l. aduocatis. C. de aduocatis diuer. iudi.Bal.in c.cum cauſam. de re iud. & habetur in l.propter litem.ff.de excu.tut.in cap abbas. ꝙ met. cauſa vnde videmus ꝙ ita intereſt reip.ſubditos habere locupletes ſicut partus conſeruari.§.cogitatio inſt.de his qui ſunt ſu. vel alien. iur.l.i.ff.de ventre inſpi.not.glo.in l.nobiliores.in verb. patrimonio.C.de vectig.Augu.in lib. de ciuitate Dei. ccxx. & ideo non erit inconueniens vt cogatur turpitudinem ſuam
4 detegere†quia pertinentia ad publicam vtilitatem non debent per perſonas abiectas fieri.§.i.in auth. vt omnes obed. l.honores.ff.de decu.l.ad ſubeunda.C.eo.

CAP. XLVI.

SVMMARIVM.

Notarios dicta teſtium diminutiue ſcribentes falſi pena puniendos.

1 ☞ *Verum reticentem falſum committere.*

Falſi

2 *Falſi crimen quatuor modis committi.*
3 *Mendacio quem non eſſe a morte liberandum.*
4 *Secretum etiam iuratum non eſſe in alterius præiudi-
cium reticendum.*
5 *Quæ mali exempli ſunt, euitanda fore.*

1 AD Notariorum memoriam redeat ꝙ † ſi di-
cta teſtium diminutiue conſcripſerint & ali-
quod verbum effectuale in ſcribendo côticue
rint ꝙ poſtea côuicti penã falſi nõ euitabunt
vt eſt tex.vltra not.in l.i.ff.de falſis.in l.presbi
teri.C.de epiſ.& clc.& ibi dicit glo.in verb.ſuppreſſerint ꝙ re
gulariter qui verũ tacet falſum cõmittit per l.ii.C. ſi contra
ius vel vtil.pub.in d.l.j.in §.qui in rationibus. ff.de falſ. in §.
j.in auth.de fide inſtru.not.alibi glo.in c.ne quis. xxii. q. iii.
quæ allegat c.ſi quis metu.xi.quæſt.iii.c. præſcriptionẽ. xx.
q.v.facit tex.in l.eum qui celauit. C. de fal. in l. Paulus.ff.
2 eod.† & ſciant tabelliones ꝙ quatuor modis falſum cõmitti
tur vt inquit Greg.quẽ refert Gratianus in c.quatuor.xi.q.
iii.primo dum timore poteſtatis alicuius veritatem ſcribe-
re pertimeſcunt.ſecundo dum præmii deſiderio hoc faciũt,
tertio odio dum volent cõtra aliquẽ ſuum aduerſarium mo
liri: vltimo amore. dum amico vel propinquo contendunt
præſtare auxilium.caueant igitur ne quid tale committant
quia talia cõmittendo iudiciũ Chriſti peruertũt qui eſt ve
ritas & vita & fructum illius vertunt in damnationis ama-
ritudinẽ vt teſtatur Angel.relatus a Gratiano in c.quicun-
que & Iſaias in cap.veh qui xi.q.iii.vbi inquit veh qui dicis
bonũ malum & malũ bonum ponens tenebras lucem & lu-
cem tenebras propterea captiuus ductus eſt populus meus
3 † & ideo caueãt tabelliones ne mendacio ſe laqueãt nam vt
habetur in c.ſi quis a te.xxii.q.ii.c.ſi quis ad te cõfugerit qđ
mendatio tuo poſſit à morte liberari nõ eſt mentiturus, os
enim quod mentitur occidit animam, & mentiendo vitam
æternam amittit, quod quidem pro vita temporali facien-
dum non eſt, quia pro temporali ſalute facere debet homo

bonum, quod poteſt, cum autem ad hoc ventum fuerit vt tali ſaluti non poſsit niſi peccando conſuli iam ſe exiſtimare debet nihil habere quod faciat, vt teſtatur Auguſt. in lib. de mendacio id reliquum eſſe proſpexerit, & habetur in v. Pſalm. & in capitulo ne quis, & in capitulo faciat homo, vi-
4 geſimaſecunda quæſtione tertia † quod adeo verum eſt vt etiam videamus ꝙ ſecretum etiam iuratum in alterius damnum reticendum non eſt, vt eſt glo. ſing. in capitulo nerui, decimatertia diſtinct. quam exclamat And. de Iſernia ſummus feudiſta in vſib. feud. & ideo caueant tabelliones, quia committendo falſitatem mortale peccatum committunt, quod abſconditum ſtare non poterit, quia veniet Deus qui illuminabit abſcondita tenebrarum capitulo multi. ſecunda quęſtione prima capitulo agite de pœnit. diſtinct. prima.
5 † maxime quæ cauere debent, quia iſta ſunt mali exempli, & conſequenter euitanda iuxta capitulũ cum in iuuentute. verb. exemplo peſsimum. de præſumptio. l. ſi quis aliquid verſi. mali exempli res eſt. ff. de pe. l. exemplo. C. de probatio quia ab omni eo quod habet ſpem mali iuſsit Apoſt. abſtineri. clementi. cum ab omni. de vit. & honeſta. cle. faciunt quæ habentur in cap. decet. de immuni. eccle. lib. vi. in capitulo ſicut, verſi. honeſtati. de reſtitutio. ſpoliat. cap. iuſta. in verſic. indecens. de offic. ordi. & in capit. cum non deceat. de elect. lib. vi. in l. ſemper. in l. in conuentionibus. ff. de rit. nupt.

CAP. XLVII.

SVMMARIVM.

Notarios in inſtrumentis procuræ dicere non debere procuratorem conſtituentem promiſiſſe habere ratum & firmum quicquid per ipſum legitime actum fuerit.

1 ☞ *Verbis ꝓcuræ repugnãtibus inſtrumẽtũ uitiari.*

A pro-

2 *A procuratore geſtum retractari non poſſe niſi criminalem pœnam concernat.*

3 *Neminem præſumi eligere uiam ad impugnanda ſua iudicia.*

4 *In probationibus ea quæ ueriſimilia ſunt, attendi debere.*

1 SCVLPTVM tabellionis animo ſit, q† ſi in inſtrumẽto procurę talis fuerit appoſita clauſula quod ſcilicet cõſtitues procuratorem promiſit habere ratũ & firmũ quicquid p ipſum legitime factũ fuerit ꝙ tunc tale inſtrumentũ eſt inutile nec habet effectum alicuius operationis, vt dixit Bal. in rub. C. de exer. vbi inquit idem Bald. quod ſi aliquis cõſtituit inſtitutorẽ & dixit ſe nolle teneri niſi in eo quod vtiliter geſtũ eſt quod tale pactũ non valet aliquo pacto, allegans, quod not. in clemen. i. de probatio. quod alias clarius tenet Bart. in l. quæ omnia. §. plene. ff. de procurato. dicens quod cõſtitués procuratorẽ debet ipſum vel in totũ ap-
2 probare vel reprobare † quia quod ab ipſo actũ eſt retractari nõ poteſt, pro vt dicit glo ſing. in cap. relatio. xxi. quæſtio. prima. adducendo text. in l. ſi procuratorem. ff. de procura. in l. ſi procurator. C. eod. affirmat Bal. in l. ſi cum mandatis in l. ſi procurator. in fin. C. mand. Rom. in conſi, lx. ſed ſi apponeretur iſta dictio legitime id tantũ approbaret parę ꝙ exceptionem non pateretur cap. at ſi clerici de iud. glo. in cap. i. de cõſang. & affin. in §. item verborum inſt. de inut. ſtip. l. iii. §. de illo. ff. pro ſoc. Ideo hoc non debet poſſe fieri iuxta. not. in c. quibuſdam. de fideiu. præterquam ſi eſſemus in concernentibus pœnam criminalem iux. glo. ſingu. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. & not. in rub. C.
3 de re. decu. lib. x. † caueant igitur tabelliones, quia iſto in caſu præſumptio eſt contra eos, vt ſ. ex proprio motu talia verba in ipſo inſtrumẽto procurę appoſuerint, cũ non ſit veriſimile ꝙ aliquis elegerit viã ad impugnãda ſua iudicia, vt

inquit

4 inquit tex.ſing.in l.ij.ff.de mili.teſta.† quo caſu cum in probationibus veriſimilia attendantur, vt not.Bal.in l. ſcripturę.C.de fide inſtru.in l.i.C.de ſer.fug.eà ratione quia hominũ diſpoſitiones debent adaptari rebus ſenſatis.l. milites.§. oportet.de mil.teſta.not.idem Bal.in rub.C.de proba.& in tract. ſciſmatis poſito in rub.C.ſi quis aliq. teſt.proh. in l.ſi. C.de edic.diu.adr.toll.in xvi. col. iſtoque in caſu cũ præſumptio ſit contra eos ipſis cõtrariũ aſſerẽtibus incũbit probatio l.ab ea parte.ff.de prob.l.quintus.ff.de don. inter virum.

CAP. XLVIII.

SVMMARIVM.

Notarios nõ ignorare debere inſtrumentum quid falſi in accidentali continens poſſe de falſo redargui.

1 ☞ *Inſtrumenta in ſubſtantialibus uera, in accidentalibus uero falſa, continere poſſe.*

2 *Qualitates accidentales conſtituere ipſum ens in eſſe diuerſo à primo.*

3 *Dignitatem in homine fore quoddam accidens.*

4 *Aliquid geſtis agentem totam ſcripturam mendacio decolorare.*

5 *Omnem ſyllabam in contractibus appoſitam fore intelligendam cum effectu alicuius operationis.*

INSCVLPTVM tabellionũ animo ſit quòd
1 † licet inſtrumenta poſsint in ſubſtantialibus continere veritatem quod nihilominus in accidentalibus poterunt dici falſa, vt not. Bald.in l. ij.C.de decu.& poterunt de falſo redargui, quia ſi pœna aliqua fuerit in ipſo inſtrumento appoſita præter voluntatem
2 contrahentium proculdubio debet poſſe de falſo agi † quia licet

licet iſta clauſula pœnalis ſit quædam clauſula accidentalis• nihilominus qualificat ipſum ens ineſſe diuerſo à primo, vt inquit Barb.in c.tertio loco de probat.adducẽdo glo. ſecundum eum ſingularem in c.ſtatutum.de elect.lib.vi.iuncto cap.licet cauſam,de elect.eod.lib.& eſt tex. de hoc ad literam in c.cum marte,in verb.cõtingit de celeb. miſ. vbi habetur quod cõtingit accidentia mutare ſubiectum, ſicut ſubiectum cõtingit accidentia permutare, cædit nanque natura miraculo, & virtus ſupra conſuetudines operatur, facit text.in l.j.in §.beſtias.ff.de poſtu.in l.ſi eadem.ff. de officio aſſeſ.tradit philoſophus in primo de anima.Bal.in l. nudis.
3 C.de proba.moder.in c.ſi quando. de reſcrip. †& ſuadetur etiam ex eo quia dignitas in homine eſt quodam accidens. l.Barbarius.ff. de officio præſi.l. ſi ignoras. ff. locati & ideo appellatione perſonarum ſimpliciter non veniunt perſonæ in dignitate conſtitutæ.l.mulieri & Titio.ff.de condi.& demonſtra.cap.cum per exceptionem de priuil.lib.vi.cap. ſed apoſtolica de reſcrip.not.Barba.in proę.greg. vbi inquit rectores ſcolarium licet ſcolares ſint nihilominus ſcolarium appellatione non contineri & cõſequenter reddendo vnde digreſſi ſumus nimirum eſt ſi contractibus in accidentali-
4 bus falſum cõtinentibus contra notarios agi poſsit†quia dũ aliquis ad geſtorum ſeriem aliquid addit totam ſcripturam mendacio decolorat.cap.pura.iii.queſtio.ix.ex eo quia ſemper debet conſtare prius de qualitate qualificante ipſum ens l.ii.§.i.ff.qui ſatiſ.cog.quem tex.reputat ſing.ibi Bar. dicens ꝙ ſi ſtet ſtatutum ꝙ ſententia arbitri qualiſcunque ſit mandetur executioni quod prius debet conſtare ſententiã ab arbitro fuiſſe latam & pariter reputat eum ſin. Card. in clem.i.de ſequeſt.poſ.facit quod voluit idem Bar.in l.j.in §. parui.ff.quod vi aut clam.& voluit ſing.Innoc.in c.cum ſit
5 generale de foro compe.†& ideo cauti ſint tabelliones quia omnis ſyllaba appoſita in aliquo cõtractu debet habere effectũ alicuius operationis vt not.Bal.in rub.C. de contrah. empt.facit glo.valde celebris in c. ſolite. de ma. & obed. in l.j.ff.de excuſa. tuto. in l.i.ff. quod metus cauſa facit lex ſi quando de leg.primo cap. ſi papa. de priuileg. lib. vi. vnde

non immerito dicebat Imperator in §.i.in authen.de libel. quod notarii debent apponere in inſtrumentis ſolũ id quod a contrahentibus diligenter perceperunt vt contractus à ſo la contrahentium dependeat voluntate.

CAP. XLIX.

SVMMARIVM.

Notarios ſemel ex falſi crimine tabellionatus officio priuatos, non poſſe amplius ad illud aſpirare.

1 *Sententiã priuatiuã l. nõ debere eſſe deludibrio.*

2 *Ex præteritis in futurum argumentum ſumi.*

3 *Semel ex graui crimine officio priuatũ etiã ſi primæ reſtituatur famæ, non poſſe ad ipſum conuolare.*

4 *A principe reſtitutũ, reſpectu pœnæ reſtitutũ intelligi.*

IMPRESSVM notariorũ animo ſit quod ſi ſemel ex falſi crimine tabellionatus officio priuati fuerint, non poterunt amplius ad ipſum aſpirare vt dicit Bald.in l.nihil per illum tex.C.de manu.vind.& videtur caſus in §.fi. in auct.de armis. in l.iudices.C.de dignit.lib.xii.in l. cũ non
1 alicui.C. de ſuſcepto.lib. x. eaque eſt ratio quia † ſententia priuatiua.l.non debet eſſe deludibrio.l.cũ non ſolum.§.pen. C.de bonis quę lib.cap.clericis.cap latores de cle.exco. Bal. in l.ſeruis.in l.nec operis.C.de pen.Angel.in l ſi quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſti. facit auth.relictum.C.de edict.di ui Adri.tol.l.alia.C.de his quibus vt indig.l.fin.C. ad Sylla. l.ii.§.perueniſſe.ff. de hæred. vel act. vend. facit etiam illud Vergilianum de quo in vi. Aeneidos facilis deſcenſus auerni ſed reuocare gradũ ſuperaſque euadere ad auras, hoc opus
2 hic labor eſt. †accedat alia non mediocris ratio quia ſcilicet ſi falſitatem in præteritum commiſerunt præſumptio

ad huc eſt quod hoc idem in futurum committant quia de præteritis ſumitur argumentum in futurum Bart. in l. celſus.ff. de vſucap.c.ſemel de reg. iur.in vi. cap. qui forte. de elect.eod.lib.l.ſi cui. §. eidem.ff.de accuſ.cap. olim.de reſti. ſpoli.Abb.in cap. accedentibus. de priuil.Ant.in cap.ex par te de reſcrip.in c.ad ædem de reſti. ſpol. & hoc adeo verum
3 eſt vt etiam†ſi priſtinæ famę fuerit à principe reſtitutus nõ poterit amplius ad tale officium creari ſicut videmus etiam quod quando aliquis eſt effectus de Chriſtiano hæreticus quod ſi priſtinæ famæ reſtituatur non poteſt rebaptizari. cap. cum oſtendimus. de cõſecra.diſt.iiii.& habetur in quar to ſenten. in quæſtio. quarta. diſtin.ii.per Bal.in cap.i.de po ſtula.præl.in l.ii.C.de libe.& eorum lib. quod etiam in caſu
4 noſtro eſt dicendum†quia quando princeps aliquem reſtituit reſtitutus per omnia priſtinum gradum conſequitur quantum ad pœnam ſecus in his quibus infertur præiudicium tertio.l. generaliter.l. cum ex indulgentia.C.de ſent. paſſi.l.ſi.C.de generali abol.§. ſed ſi ex indulgentia Inſti. quibus mo.ius pa.po.ſol.iuncta.l.i.§.merito.§.ſi quis. à prin cipe.ff.ne quid in loco pu.ſed in caſu noſtro tractatur de pu blica vtilitate ergo reſtitutio famæ debet intelligi excepta l.ſi quis in graui.§.hi quoque.ff.ad Syllan.

CAP L.

SVMMARIVM.

Notarios in renunciationibus generales duntaxat clauſulas apponentes in caſſum laborare.

1 ☞ *Generales renuntiationes parum operari.*

2 *Renuntiationes inconſultæ à notarijs in inſtrumentis appoſitæ parti non debere præiudicare.*

3 *Scire fore rem per cauſas cognoſcere.*

4 *Speciali nota digna ſi generaliter exprimantur neglecta uideri.*

5 *Generalem clauſulam in cauſa reſtringibili,ad commu nia tantum trahi.*

6 *Scientiam in genere tantum non operari,quantũ ſcien tia in ſpecie in materia reſtringibili.*

1 INSCRIPTVM notariorũ animo ſit quòd †vbi de eſſentia alicuius contractus requiritur aliqua renunciatio ꝙ tunc debet apponi non in genere,ſed per clauſulas ſpecificas & expreſſas, adhoc vt aliquid operetur glo.ſing.in l.decurionibus. C.de ſilent.lib.xii.de qua facit feſtũ Bal.in c.i.in §.ſancimus.in tit. quo tem.mil. inueſt.in l.non plures.C.de ſacroſan.eccle. in auth.habita.C.ne fil.pro pat.in c.i.de reſcrip.Roma.in l.hac
2 conſultiſsima.C.qui teſtamen.fa.poſſ.†& hoc ex eo quia re nunciatio in genere facta,videtur inconſultę facta arg. l. diuortium.C.de præludiis quo caſu non debent alicui præiudicare.l.famoſi.ff.ad leg.iul.maie.cap.fin.de iureiu. lib. vi. maxime quia non poteſt aliquo pacto coniecturari talem renunciationem ex proprio motu renunciantis proueniſſe
3 cum dicat phil.in lib.de anima in primo phyſi.in primoque poſter.ſcire ſit rem per cauſas cognoſcere cap. qui occidit. xxiii.q.viii.glo.in l. ſi pater.ff.de hær. inſti. Bald.in cap.cum contingat.de reſcrip.in c.ii.de conſtit.ſed in caſu iſto talis re nunciatio non fuit per cauſas cognita cum ſit in genere facta & conſequenter obſcura l. Titia teſtores.ff. de leg.ii.l. cum aquiliana.ff.de tranſ.l.tres fratres.l.emptor. §. Lutius. ff.de pact.l.in lege.ff.de contrahen.empt. vnde nimirum eſt
4 ſi nihil debet operari†quia ea quæ ſpeciali nota digna ſunt quantumcunque in genere exprimantur videntur neglecta.l.item apud.§.hoc edictum.ff.de iniur.l. ligni.§. offilius. ff.de leg.iii.l.eos.C.de aquæ ductu lib.xi.l. carbonum. ff. de verbo.ſigni.& potiſsimum quia verba cõtractuum ſunt ſtricte interpretanda.l. veteribus.ff.de pact. l.i.§.is qui nauen.
5 ff.de exerci.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verb. oblig. † quo caſu in tali materia reſtringibili debet clauſula generalis tãtum ad communia trahi.cap.ſedes apoſtolica de reſcrip.cap.

qui

qui ad agendum. de procu.lib.vi.cap. quia periculoſum. de ſenten.excom.cap.de multa.in fi.de præben. & ſic non com prehendet ea quæ ſunt ſpecialiter in fauorem alicuius reper
6 ta.c.i.de ſciſ.lib.vi.c. fęlicis.de pœn.eo. lib. †& ſic ſcientia in genere non operabitur idem ſicut in caſu ſing. glo. clem.j. de iud.ſing.l.qui iure militari.ff.de mil. teſta. quia diſpoſitũ in d.caſibus non procedit in materia reſtringibili vt inquit Ang.in d.l.tres fratres.in lege qui Romæ.§.duos fratres.ff. de verb.oblig.in auth.ex cauſa.C.de libe.præte.

CAP. LII.

SVMMARIVM.

Notarios inſtrumenta in eorum actibus producenda ira lacerantes pœna dignos fore.

1 *Pœnam extraordinariam eſſe pœnam l.aquiliæ.*

2 *Ceſſante remedio ordinario, ad extraordinarium recurri.*

3 *Dolum allegans, illud probare regulariter debet.*

EXPLORATVM habeant tabelliones ꝙ ſi acta vel inſtrumenta in eorũ actibus, producenda ira ẽt lacerauerint ꝙ pœna extraordinaria veniunt plectendi, vt eſt not.doctrina Io. And. in c.accepimus.de fide inſtru.quam alibi alleg. Bal.in l.i.C.
1 eo.& Rom.in ſing.ſuo cclxxvi. †pœna aũt extraordinaria legis Aquilię erit.l.in lege.ff.ad leg. aquil.l. qui tabularum. ff.de furtis not.Saly.in l.eum qui.C.de falſ.Bal.in c. peruenit.de prob.quia ſi ira tale quid cõmiſerint non dolo cõmiſiſſe videntur.c.ſi quis iratus.i.qõ.iii.vnde nimirũ ſi extra-
2 ordinaria pœna plectũtur†quia ceſſante remedio ordinario recurrimus ad extraordinariũ.l.in cauſæ.ff.de min.no.in l.i. §.qui in rõnibus.ff.de fal.in l.ſi de poſſeſsione.C.de ꝓb.in l.

qui accuſare. C. de eden. facit glo. in l. Paulus. in verb. ſurripuerit. ff. de fal. ſciant tñ tabelliones ꝙ ſi dixerint ſe ita non dolo laceraſſe qđ eis incũbit probatio quia alias eſt præſumptio cõtra eos. l. ſi nõ conuitii. C. de iniu. l. iii. ff. eo. c. i. de præ
3 ſump. & vtrobique glo. quantumcunque alias allegans dolũ ipſum probare teneatur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. voluit Cy. in l. matrẽ. C. eo. glo. in c. ſuper literis. de reſcrip. & hoc eſt no. nec prætermittẽdũ aliquo pacto, quod ſcilicet notarii ita ẽt inſtrumenta lacerantes pœnam extraordinariã luant cũ alias videamus ira peccantẽ nõ puniri. c. ira. xi. q. iii.

CAP. LII.

SVMMARIVM.

Notarios fideiuſſores minus idoneos accipientes, teneri & obligatos eſſe præterquam in quatuor caſibus.

1 *☞ Accipientem fideiuſſores minus idoneos uideri ipſos approbare.*

2 *Parte præſente fideiuſſores accipientes non teneri.*

3 *Neminem teneri pro aliquo fideiuſſore, niſi expreſſe dixerit ipſum fore idoneum.*

4 *Notarios non facientes id quòd ſui eſt officij, ad intereſſe teneri.*

COMPERTVM ſit tabellionibus quod facto ſibi mãdato vt fideiuſſores in aliqua cauſa recipiant & eos minus idoneos receperint quod ipſi tenebũtur & obligati erunt l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. Iulianus. ff. de act. em-
1 pti. † & ea eſt ratio quia recipientes fideiuſſores minus idoneos ipſi notarii vidẽtur ipſos approbare. l. iii. ff. de fid. & ideo nimirũ eſt ſi ipſi tenebũtur. iuxta no. in §. j. inſti. de ſatiſd. tut. in l. i. in §. vſque adeo. ff. de tut. & rat. diſtr. in l. i. in §. neque. & in l. ii. & iii. de magiſt. cõue. in l. Emilius. ff. de adminiſtra. tuto. quia prẹſumitur ꝙ ab initio ſoluendi nõ fuerint,

rint,& dicenti contrarium incumbit probatio.l.non eſt neceſſe.ff.de probat.not.in §.ex his inſtit.de Atilia.tuto.in l.j. in §.ſciendũ,& in l.ꝗ in hęredẽ,de magiſtra.conuẽ.per Bal. in l.generaliter. C.de epiſ.& cle.& ideo ad intereſſe parti te
2 nebuntur† niſi pars præſens fuiſſet,quia ſibi imputãdum eo caſu eſſet.l.ſi arbitrio.ff.qui ſatiſd.cog.l.inter cauſas.§. abeſſe.ff.mand.l.i.vbi Bal.ff.ſi quis in ius voc.niſi ẽt adeſſent laudatores fideiuſſorum.l.cũ oſtendimus.§.fin.de excu.tut. & d.l.ſi arbiter,vel tertio niſi iudex ipſum fideiuſſorem approbaſſet Angel.in l.iii.§.qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſd. cog. quarto niſi fuerint fideiuſſores de iudicio ſiſti,iuxt. not.in l. j.in §.prætor.ff.de in ius voca.& aliis quã plurimis caſibus quos proſequitur ſolẽnis doctor dñs Paris de put. in tract.
3 ſindicatus,in verb.ſi iudex maleficiorũ† & hoc eſt not. cum alias videamus, quod quis non tenetur pro aliquo fideiuſſore dato niſi expreſſe dixerit eum idoneum.l.iij.ff. mand.l. aduerſus ff.de magiſtr.conue. habetur in l. eleganter. in §.
4 pen.ff.de dolo† & ideo cauti ſint tabelliones quia ſemper,& indiſtincte loquendo quaudo non facient id quod ſui officij eſt ſuumque requirit officium, ad intereſſe tenebuntur. l.ii.C.de numul.& actu.lib.xii.l. ii. ff. de termi. moto.l.ij. ff. quod quiſ.iu.l.ſeruo.§.ſi prætor.ff.de iud. cum alias non referat an quid nõ fiat vel fiat & minus bene.l.vbi.ff. de eden. l.nihil intereſt.ff.de reg.iur l.quãuis.§.ſi conuenerit,ad velleia. l. ii.§.data .ff.de adopt.l.i. §.pen. ff. quod quiſque iur. ideoq; accipiendo fideiuſſores idoneos tuti erũt vel accipiẽdo eos parte præſente vel iudice approbante, vel aliis laudatoribus cũ expreſſe laudantibus & idoneum eſſe dicẽtibus.

CAP. LIII.

SVMMARIVM.

Notarios reuelantes iudicis ſecreta parti uel partis ſuo aduerſario falſi pœna puniendos.

1 ☞ *Iudicis ſecreta non eſſe alicui reuelanda.*

2 *Reuelantes iudicis ſententiam propter pecuniam in quadruplum teneri.*

3 *Eum iniuriam iudici facere qui eius ſententiam ante publicationem alteri pandit.*

4 *Non licere circunuenire quenquam.*

1 ANIMO notariorũ ſedeat†q̃d ſi ſecreta iudicis parti vel partis eius aduerſario reuelauerint, pœnas falſi nõ euitabũt l.i.§.ſi quis. & l. ſi quis obrepſerit.ff.de falſ.Bart.in l.i.ff.de pręua.glo.in l. ſenatus.ff.de accuſa.l.is qui exem.ff.de fur.l.i.ff.de pen.l. ſa-
2 cularii.§.ſunt præterea.de extraor.crim.†& ſi pecuniam acceperint in quadruplũ etiã tenebũtur quæ condemnatio ẽt ad hæredes tranſibit.l.i.& ij.ff.ad leg.iul.repe. & illico erunt tabellionatus officio priuandi arg.l. iudices. C. de dignita.
3 lib.x.l.fi.C.de ſurepto.& archiua† & iudici ẽt iniuriã facere dicũtur qñ eius votũ ante publicationem alteri explicant l. item apud.§. idem via. ff.de iniu.l. qui explicandi.C.de accuſ.l.i.ff.de falſ.l.vbi.C.eo p Inno.in c. infrangibili.de officio ordi.tradit ad ſaturitatẽ Paris de put.in tract. ſindicatus
4 in verb.barataria in verb.comptiones,†vnde cũ nõ liceat aliquem circumuenire.vt inquit Bal.in l.ad hæc. C. de vſu. in cap.ſi proponente.de reſcrip.in c.cum cauſam. de teſtib. & eſt glo.reputata ſing.in l.ſemper.ff.de reg.iu.nimirum eſt ſi prædictis pœnis veniant plectendi.

CAP LIIII.

SVMMARIVM.

Notarios uolentes (commiſſa ſibi teſtium examinatione) non citatos teſtes examinare poſſe.

1 ☞ *Iudicis commiſſione teſtes à notarijs examinari poſſe.*

2 *Admonitionem factam teſti in delatione iuramenti plus operari quam ipſam citationem.*

Iura-

3 *Iuramentum habere uim clauſulæ codicillaris & ſpecificatiuæ.*

4 *Iudicem negligentem ad examinandos teſtes ad intereſſe teneri.*

5 *Speciale eſſe ĩ infirmo ut ab ignorãtia ſupina excuſet.*

MINIME Dubitent notarii ꝙ cũ poſsint iudi-
cis cõmiſsione examinare teſtes ſecundum glo.
in l.poſt legatũ in §.his vero. ff. de his quib. vt
indig.quã ſequuntur Bar.& Bal.in l. presbiteri.
C.de epiſ.& cle.ꝙ poterunt examinare iuridicæ teſtes etiã
nõ citatos ſed à parte productos quia per ipſam productio-
2 nẽ tollitur ſiniſtra ſuſpitio.l.quæ omnia.ff.de proba.† maxi
me quia illa admonitio quæ fit in delatione iuramẽti plus
operatur quã citatio.l.ii.C.qũo & quando iudex not. Lan-
fran.in c.qm contra.in ver.teſtium depoſitiones de probat.
quia iuramentũ accipitur pro veritate.l. ſed ſi poſſeſſori.§.
item ſi iurauero.l.eũ qui.§.mulier & vtrobique glo.ff.de iur.
3 iu.†& habet vim clauſulę ſpecificatiuę, vt licet actus valeat
omni meliori modo quo põt vt eſt tex.reputatus ſing. in l.
cũ pater.in §.filius matrẽ.ff.de leg.ii.per quẽ tex. dicit Bart.
in l.ſi quis maior.C.de tranſ.ꝙ tranſactio iuramẽto firma-
ta ſi non valet in vim tranſactionis valet in vim pacti ꝙ eſt
no.pro declaratione.l.ſi cauſa cognita.C.eo.& dixitidẽ Bar.
in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ. ꝙ fideiuſſor iurans tenetur
in duriorem cauſam quã teneatur reus ꝙ mirabile eſt pro
declaratione.l.gręce. de fideiuſ. & hoc etiam videtur affir-
maſſe Bal.in l.ſi prædiũ.in vlt.col.C.de iure dot.item in l.eã
quã.C.de fideicõ.in l.ſi quis.in prin.ff.de leg.iii. dixit idem
Bar.ꝙ iuramentũ habet vim clauſulę codicillaris qđ affir-
mauit Iaſ.in §.item ſi quis.Inſt.de act.vbi multa bona con-
geſsit.& ſic patet ex prædictis notarios nigredinẽ amplecti
cũ nolũt examinare teſtes nõ citatos & ideo caueãt ne alias
ratione mali adminiſtrati officii teneãtur parti ad intereſſe.
4 †ſicut tenetur ẽt iudex negligẽs examinare teſtes. Bal.in l.
in pecuniariis de feriis Bar.in l.ꝙ te.ff.ſi cer.peta. qua quidẽ

poena

pœna non poterunt excuſari quia ſunt cõſtituti in ignorantia ſupina quę nõ excuſat,vt eſt glo.elegans.in l.ſi tutor.C.
5 de pericu.tut.Bar.in l.is poteſt.ff. de acqui.hær.† vbi inquit ſpeciale eſſe in infirmo vt excuſetur ab ignorantia ſupina hoc eſt ab eo ꝙ de facili ſcire potuiſſet in cap. apoſtolice de cler.excómu.c.propoſuiſti.lxxxii.diſt.l.ii.ff. de recept. facit ꝙ habetur in l.j. C.qui. & aduer.quos in cap.cognoſcentes. de conſtitu.in l.nec ſupina.ff.de iur.& fact. igno. quod etiã adhuc interpretantur ſcribentes in ignorantia ſupina infirmi in infirmitate graui conſtituti ſecus ſi in leui.l.i.§.proinde.l.ob quæ vitia.§.fi.ff.de edil.edic.l.quæſitum.ff.de re iud. Litem apud labeonem.ff.de iniuriis.

CAP. LV.

SVMMARIVM.

Notarios ſtante ſtatuto quod de contractu emptionis accipiant.x ipſa decem ab emptore accipere debere.

1 ☞ *Mediam uiam regulariter eligendam.*

2 *Emptorem teneri ad ſoluendas gabellas ſtatuto dictante de tali contractu .x.perſoluenda.*

3 *Ementem ſimpliciter aliquod officium ad incommoda teneri ex ipſo officio prouenientia.*

4 *Vbi cõſtat de uolũtate cõtrahentiũ nõ eſt diſputandũ.*

INFIXVM notariorum animo ſit, ꝙ ſi vigeat ſtatutũ in aliqua ciuitate quod de cõtractu emptionis ipſi poſſint.x.accipere quod tũc iſtoque
1 caſu† licet aliàs media via ſit eligẽda , vt inquit Ariſt.in 2.ethicorum Io. Cald. in cap.cum ex iniuncto. de heret.& videtur caſus in l.Neſennius.ff.de neg.geſt. in cap. quidam.xxxiii.q.viii.in §.cũ ex aliena inſtituta de rerũ diui. in l.antiqui.ff.ſi pars hæred.pet.in fi.inſtit.quib.ex cau.manu.non

nu. non licet quòd nihilominus iſto in caſu ſolus emptor
1 tenetur ad ſoluenda iſta.x.& pro hoc videtur duo tex.†quo
rum alter eſt in l.debet.in fi.ff.de edi.edict.quē adducit Ro.
in ſingu.ſuo ccccclxxii.determinans quod ſi vigeat ſtatutū
in aliqua ciuitate quod de contractu emptionis nomine gabellæ
ſoluantur.x.quod tunc emptor tenetur, quantūcunque
alias Bal.in rub.C.de rebus cred.tangendo iſtam difficultatem
videatur ipſam indeciſam reliquiſſe ergo cum diuerſa
ratio in caſu noſtro aſsignari nō poſsit idē ius eſt ſtatuendum
arg.l. illud.l.ſi putator.ff.ad l.aquil.l.a Titio.ff.de
3 verb.oblig.†ſecūdo eſt caſus in l.ii.in §.ſed ne aūt.C.de colleg.lib.xii.per
quem tex.determinat Ant.Corſet. in ſingu.
ſuis in verb.officiū ꝙ ſi aliquis notarius emat aliquod ſcabellum
ad ſcribendū pro aliquo per certum tēpus quod ille
qui emit tenetur ad incōmoda prouenientia ex ipſo ſcabello
ſeu bancho & ita fuit determinatum ante Corſetum per
Bart.ibi. &conſequenter per iſtum tex.idem eſt dicendum
4 in caſu noſtro†niſi aliud appareat de voluntate partiū quia
tunc non eſſet introducenda aliqua quæſtio. l. non aliter. l.
ille.§. cum in verbis. ff. de leg.iii.l. prima. §. ſi conuenerit.
ff.depoſi.l.cōtractus.ff.de fide inſtru.l.quoniam indignum.
C.de teſt.l.non omnis.ff.ſi cert.pet.

CAP. LVI.

SVMMARIVM.

Notarios ſcire debere, quod licet ſtatuti ex diſpoſitione cōtra inſtrumentū nō detur probatio tamen ipſam dari cōtra præſumptiones ex ipſo prouenientes.

1 ☞ *Statuto dictante inſtrumento plenam fidem adhibendam contra illud probationem non admitti.*

2 *Contra inſtrumētum, probationem admitti per aliud inſtrumentum.*

HAVD

1 HAVD à notariorũ animo ſegregetur † ꝙ ſtante ſtatuto quod cõtra inſtrumentũ non detur probatio ſiue quod plena fides eidẽ adhibeatur quo caſu etiam cõtra ipſum non datur probatio vt eſt glo.ſolitaria.in cle.i.in verb.feciſſe de prob. quã reputat ſing.Io.de Imol.in l.qui bona.§.qui damni.ff. de damn. infec.ꝙ nihilominus hoc nõ obſtante eſt danda probatio contra præſumptiones ex ipſis inſtrumẽtis reſultãtes, vt eſt gl. quã reputant ſing.ſcriben.ibi in l.iuris gentiũ.in §. quod fere in verbo approbetur.ff.de pact.licet Ang. de Peruſ. dicat ẽt conſimilem glo.in l.reos.in §.cum in tabulis. ff. de duob. reis.& Ioan.de Imol.in rub.de fide inſtru.dicat aliã eſſe conſimilẽ in l.i.C.de cõtrahen.& commi.ſtip.& tex. meliorem. de iure in l.quicunque quẽ ponderat ad hoc ibi Bart.|C. de
2 apoſta.publ.lib.x.†dicendo ꝙ licet cõtra inſtrumentũ non cadat probatio.l.generaliter.C.de non nume.pecu. ꝙ nihilominus ſi talẽ inſtrumentũ contineat pacta inſolita.quo caſu præſumitur fraudulentũ ſecundũ glo. reputatã ſing. in l. iii.C.de cõdi.inſer.ꝙ cõtra talẽ præſumptionẽ dabitur probatio.& ideo caueant tabelliones ne celebrẽt aliquod inſtrumentũ fraudis præſumptionẽ inducẽs. Cũ præſumptio ipſa liquida dicatur reprobatio.vt voluit gl.in l.ſi tut.C.de peri. tut.& videtur caſus in l.i.C.de mil.teſt. & ſupra dictum eſt.

CAP. LVII.

SVMMARIVM.

Notarios ubi requiritur aliquid ſpecialiter fieri non poſſe illud per equipollens facere.

1 ☞ *Formam alicuius actus debere fieri ſecũdum terminos caſus expreſſi.*

2 *Qualitatem in aliquo caſu requiſitam debere ſpecifice in ipſo interuenire.*

Pri-

3 *Primum teſtamentum non tolli per ſecundum in quo non eſt habita mentio de clauſulæ derogatoriæ in primo contentæ qualitate.*

4 *In primis literis deleganti clauſula in ſecundis contenta eſſe habendam mentionem.*

NEQVAQVAM notariorũ animo fugiat ꝙ vbicunque regulariter loquẽdo requiritur aliquid ſpecialiter & expreſſe fieri quod illud nõ ſufficit fieri per equipollẽs. caſus eſt ſing. ſecundũ Bar. in l. fi. in § omnẽ vbi refert fuiſſe caſſata multa inſtrumenta. C. de admi. tuto. nam ibi comprobatur ꝙ cum inſtrumento tutelę tutor debeat ſpecialiter & expreſſe promittere ꝙ vtilia agit inutilia aũt prætermittet ꝙ ſi hoc fiet per equipollens non erit adimpleta for
1 ma. l. eaque eſt ratio quia qñ aliquid requiritur pro forma illa forma debet adimpleri ſecundum caſum ſpecificatum & expreſſum. l. qui hæredi. l. Meuius. ff. de condi. & demonſt. & ſenſit glo. reputata ſing. in l. quod in rerũ. §. fi. in verb. ſpecialiter. ff de leg. i. quæ exprimit verbũ ſpecialiter ideſt nomine proprio, quæ expoſitio eſt mirabilis pro declaratione. l. certũ. ff. ſi cert. pet. l. fi. ff. mand. & eius quod vulgariter dici ſolet, ꝙ. ſ. id qđ adiicitur rei ſatis demõſtrare fruſtatoriũ eſt l.
2 fi. ff. de dot. ꝑmiſ. † facit adhuc gl. ſing. in c. notificaſti. xxxiii. q. v. quæ dicit ꝙ vbi in aliquo actu requiritur aliqua qualitas ꝙ ſi illa ſpecialiter & expreſſe nõ interueniat actus vitiatur quã gl. dicit ẽt mẽti tenendã D. Abb. in c. abbas qđ met. cauſa in c. licet canon. de elect. lib. vi. infinitasq; quotas cõgerit Ant. Corſe. ad eius corroborationẽ in ſing. ſuis in verb. qua
3 litas † accedat ẽt pro corroboratione iſtius conclu. qđ voluit gl. in l. ſi mihi & tibi. ff. de leg. i. Bar. in l. ſi quis. in iure. de leg. iii. Sali. in l. ſancimus. C. de teſta. Petr. de Anch. in c. i. de conſtit. lib. vi. in c. cum inſtãtia. de cenſib. Dyn. in c. qđ ſemel. de reg. iu. lib. vi. quibus in locis habetur ꝙ ſi in primo teſtamẽto reperiatur clauſula derogatoria ad ſcđm ꝙ ſi poſtea fiat ſecũdũ teſtamẽtũ debet in eo fieri de ipſius clauſulę tenore &

qua-

qualitate mentio alias primum non intelligeretur reuoca-
4 tum†facit etiam cap.ii.de dolo & contu.quem pro ſing.alle
gat Barbat.in conſi.xlvii.in ij.volu.ex quo patet ꝙ ſi prime
litere habeant aliquam clauſulam elegantem ꝙ in ſecundis
debet fieri mentio de ipſius qualitate ſpecifica, & ſic vbi
quid requiritur ſpecialiter & expreſſe fieri nõ ſufficit illud
fieri per æquipollens, quod affirmauit Bart. in ſimili in l.
prima. in princi.ff.de no.oper. nun.Angel. in §. ſi vero ex-
preſſum.in auctẽ.de hære.& falci.Roma.in authen.ſimiliter.C.ad l.falci.Iaſon.in l.ſicut certi.in iii.col.C. de teſtamẽ.
mil.Areti.& Ang.in l.i.ff.de vulg.& ideo caueant notarii ne
aliter facientes falſi pœnas luant arg.ſolitarié.l.iubemus.C,
de teſtamen.

CAP. LVIII.

SVMMARIVM.

Notarios non poſſe conficere teſtamenta ſine ſeptem teſtibus regulariter loquendo,niſi in caſibus priuilegiatis & in caſu quod ſtaret ſtatutum quod cũ paucioribus teſtibus poſſint re exigente celebrari.

1 ☞ *In extremis etiam conſtitutum teſtari poſſe.*

2 *Verba(re exigẽte)interpretari ideſt equitate ſuadẽte.*

3 *Equitatem ex temporis curriculo non mutari.*

4 *Teſtamentum ante publicationem nullius eſſe effectus.*

A NOTARIORVM mente minime di
1 ſtrahatur†quòd ſtante ſtatuto quòd re exigente teſtamentum cum quinque teſtibus valeat quòd ſi aliquis fuerit in extremis conſtitutus & teſtari voluerit quòd quidem fieri poteſt.l. cum pater. §. quædam,verſi. in extrema eſſet va-
letu-

letudine, & verſic. deberi ea quæ in extremis dixiſſet.ff. de fideicom.liber.cap.Raynutius.ver.in extremis poſitus de teſta.cap.nos quidem verſi.de hac luce migrante eod.tit. cap. fin.ver.agens in extremis.de ſucceſ.ab inteſta.l.Seia. §. cum pater.ver.in extremis vitæ conſtitutus.ff.de dona.Bal.in l.i. C.de ſacro ſanct. eccle. ꝙ tunc iſtoque caſu tale teſtamen-
2 tum poterit cum quinque teſtibus celebrari† quia illa verba re exigente interpretantur ideſt equitate ita ſuadente, vt eſt glo.ſing.in l.i.in verb.re exigente.C.de in ius vocan. ſed procul dubio in caſu iſto equitas hoc ſuadere videtur ideo cauti ſint tabelliones locorum vbi tale ſtatutum viget ne ſequendo nimiã aſperitatem iuris ciuilis vt iuriſcon. verbis vtar.in l.codicillis.in §.fina.ff.de leg.ij. debitas penas ſubeãt cũ ipſi ſint in culpa quia legendo libros hoc procul-dubio ſcire potuiſſent quam conſequentiam facit Ang. in l.
3 penult.ff. ad exhi . †maximeque quia id quod ex equitate prouenit aliquo temporis curriculo non mutatur Bald.in l. ſi defunctus.C.de ſuis & legi. l. placuit. C. de ſent. & interlocut.om.iud. c.fi.de tranſ.idẽ Bal.in l.ii.C.de reſcin.ven.in l.ædem in iii.col.C.locati.Moderni in l.ſi tibi. ff. ſi cert. pet. ꝙ eſt no. cum alias videamus ex varietate temporis ſtatuta quoque humana variari cap.non debet de conſangui.& affi.
4 † ſciantque ante publicationem teſtamentum non ſortiri effectum l.ii.§.ſi dubitetur.& ibi Bart.ff.quemadmodum teſta. aper.quo caſu ſi ipſi fuerint in cauſa quo minus teſtamẽtum publicaretur poterunt ad intereſſe teneri.l. fina. C. de magiſt.conueni.l.i.C.de ſuſcepto.& Archi.lib.x.

CAP. LIX.

SVMMARIVM.

Notarios facientes inſtrumentum pacti de uendendo decem licite accipere nõ poſſe ſtante ſtatuto quòd de contractu emptionis x.accipiant.

Gabel-

1 ☞ *Gabellas perſolui non debere à faciente pactum de uendendo ſtante ſtatuto quòd de emptionis contractu x. nomine gabellæ perſoluantur.*

2 *Aliud eſſe uendere aliud facere pactum de uendendo.*

3 *Contractum uenditionis non poſſe in teſtamento fieri licet poſſit mandari hæredi ut uendat.*

4 *Quod uigore pacti fit ex ipſo pacto dici procedere.*

1 MINIME à notariorum mente dirimatur † quòd ſtante ſtatuto quòd de contractu emptionis accipiant x. quòd non poterunt ea, licite pati ipſis perſolui à faciente pactum de vendendo vigore talis ſtatuti, vt eſt elegans doctrina Iacob. de Butr. in ſimili tamen in l. prima. C. de pac. vbi ſing. dixit quòd ſtante ſtatuto quòd de contractu venditionis ſoluantur. x. ꝙ iſtud tale ſtatutum non comprehendit facientem pactum de vendendo eaque eſt ratio quia
2 † aliud eſt vendere, aliud facere pactum de vendendo, arg. l. prætor. §. ſi paratus. ff. de no. oper. nunt. l. ſi quis argentum. §. ſed idem. C. de donat. l. in bonæ fidei. ff. de eo quod cert. lo. cap. meminimus. & ibi Petr. de Anch. & Ioã. de Ana. de accu. facit dictum Geminiani in capit. a colatione. de app. lib. vi vbi ad literam dixit ꝙ aliud eſt vendere aliud paciſci de vend. cap. vnico. ne ſede vacan. lib. vi. tradit glo. in cap. ſi apoſtolice de præben. eod. lib. Ioã. de Imo. in l. in edibus. in §. ex rebus. in ii. col. ff. de dona. vbi dixit ꝙ aliud eſt donare aliud facere pactum de donando. & hoc etiam ex eo ſuaderi
3 poſſe videtur † quia ſecundum commu. ſcrib. in l. hæredes palam. ff. de teſta. contractus non poſſunt in teſtamento fieri & tamen poteſt fieri pactum de vendendo mandando hæredi vt vendat. l. ſi fideiuſſor. §. fin. de leg. i. & conſequenter cum ſtatuta ſint ſtricte interpretanda. l. iii. §. hæc verba. ff. de nego. geſt. l. quicquid aſtringendę. ff. de verb. obli. cauti debent eſſe tabelliones quantūcunque aliàs de acceſsionibus idem ſit iudicium. l. de acceſsione. ff. de diuer. & temp. act. l. manu-

manumiſsiones quoq;.ff.de iuſti.& iur.& in l.ſi quando.C. de innoff.teſta. & quantumcunq; etiam venditio celebrata pacti vigore dicatur ab eo procedere arg. l.ad optimum. §. i.de iure doct.l. vnum ex familia §. de falcidia.ff. de leg. ii.l. item eorum.§ decuriones.ff. quod cuiuſq; vni.nō.& eorum quæ dicit Bar.in l.i.ff.de opt.leg.

CAP. LX.

SVMMARIVM.

Notarios facientes inſtrumenta citra dimidiam notis nō poſſe ea ſcribere ſub die ſequenti.

1 ☞ *Diem a media nocte & de iure & de conſuetudine Roma. incipere.*

2 *Diem naturalem eum dici qui comprehendit lucem & tenebras.*

3 *Vtile fore multoties horas in inſtrumentis apponere.*

4 *Tria luminaria accendi debere quando inſtrumenta de nocte celebrantur.*

1 PROSPICIANT Tabelliones ꝙ† ſi celebrēt cōtractū aliquem ante mediam noctē ꝙ debēt ſcribere illum actū die præcedēti ſi vero poſt mediā noctē die ſequenti quia tā de iure quā de conſuetudine dies a media nocte incipit c.conſuluit de officio deleg. l.more Romano.ff.de fe

2 riis & vtrobiq; ſcribē.† & proprie dies naturalis dicit̄ q com prehendit lucē & tenebras vt habet̄ gene.i.c.ubi dicitur factū eſt veſpere & mane dies vnus & in Hymno eccleſiaſtico dicit̄ q mane iunctū veſperi diem vocari ꝑcipit & hoc tenēt omnes ſeribent.nec obſtaret ſi adduceret̄ ꝙ inquit dominica veritas Ioā. xi.c. ubi inqt.xii.horas diei fore et ambulātē ī die nō offendere quia lucē huiuſmodi videt nā illud dictū

H non

non fuit ad demõſtrandum lucem & tenebras diem non facere ſed fuit mixticum quodam ad denotãdum ꝙ ipſe erat dies cum ſit lux mundi.xii.autem eius diſcipulos horis asſimilari & conſequenter ipſos die veſtigia ſequi debere non autem diem horas imitari debere ad denotandum ꝙ diſcipuli male fecerunt dicere ei rabi nunc quærebant te Iudæi
3 lapidare & iterum. vadis illuc † ſciãt tamen tabelliones vtile ſecundum Bald.in d.l.more & in l. non minorem. C. de tranſa.& Card.in d.cap. conſuluit fore ad euitanda multa apponere in ipſo inſtrumento horam ſecundum glo. ſingu. in l.ſi ex pluribus in §.fi.ff de ſolu.de qua plurimum magni fecit idem Bal.in cap.licet cauſam. de proba.in cap. quoniã contra eod.titu.in capitulo paſtoralis in cap. capitulum ſancte Crucis extra de reſcript. in l. imperator. ff. de ſtatu.homi.in l.fin. C.de edic.diui Adri. tol.in l. cum proponas. C.
4 de inſt.matri. † ſciantq; adhuc quod quando celebrant inſtrumenta de nocte debent tria luminaria accendi ne de facili perſonæ ſubducatur iuxta.l.i. ff. de vendi.inſp. alias de falſo punirentur.l.iubemus.C.de teſta.

CAP. LXI.

SVMMARIVM.

Notarios de nouo examen notariatus ingredi uolentes poſſe ſuſpectos allegare.

1 *Doctoratus examen ingredi uolentem poſſe ex doctoribus ſuſpectos allegare.*

2 *Aſtantes ad examen tanquam teſtes fore.*

3 *Odio fabas reprobatorias datas non eſſe imponendas in aliquo conſtructu.*

4 *Omnẽ Chriſti actionem noſtram fuiſſe inſtructionem.*

5 *Sollicite ſtudentem multa ſcire præſumendum.*

6 *Suſpicionem unius ex aliorum habilitate deleri.*

IN

IN MEMORIA. Redigăt tabelliones ꝙ
1 † ſi aliquis notariatus examen ingredi velit
& aliquem ſuſpectũ habeat quod ipſum ſu-
ſpectum allegando poterit voce priuare ſi-
cut videmus quod quando quis vult ingredi
doctoratus examen ꝙ tunc ſi habeat aliquem doctorem ſu
ſpectum poterit ipſum tanquam ſuſpectum voce priuare vt
inquit dominus Abbas in cap.cauſam il primo de officio de
2 leg. & in capitulo propoſuiſti de probati. † eaque eſt ra-
tio quia doctores vel notarij aſtantes ad examen ſunt tan-
quam teſtes vt tradit Bar. in prohe.ff.orum teſtes autem de
bent omni ſuſpitione carere capitulo in literis de teſtibus l.
iij.ff.eo.quia quodammodo naturale eſt ſuſpectorum iudi-
cium inſidias declinare & inimicorum voluntatem velle re
fugere capit.ſuſpecti.ij. queſtio. v.affirmat. Ioan. de Imol:
3 in capit.ex literis de conſtitu. † & ideo dicebat Alex.in l.
vnica.C.de profe. qui in verb. conſtant. neap. libr. x. quod
ſi aliquis doctor dat fabas reprobatorias propter odium ꝙ
tunc non ſunt ponendæ in aliquo conſtructu. quia quis ca-
lumniari non debet cap. dixit.dominus. xxxij. queſtione i.
4 capit. multi capit ſemper.ij. quæſtio.i. † & hoc eo maxime
quia cum Deo iſta diſpliceant, debent ab hominibus amo-
ueri cũ omnis Chriſti actio noſtra dicatur inſtructio vt ait
Hie.in prohe.biblię capi. qualiter.il ij. de accu.capit. ad no-
ſtram de eccle.benef. ca. Deus omnipotens ij. quæſtione j.
5 † ſciant tamen tali examina ingredi volentes ꝙ huiuſmo-
di ſuſpicionem non habebunt ſi ſolicite ſtuduerint quia ſoli
cite ſtudens multa ſcire pręſumitur,ca.ſolite de reſtitu ſpol:
cap.i.de homicid.lib. vi. cap. exer.de elect. eo.libro gloſſ. in
cap.ex literis de in integ.reſt. c.vigilanti de perſcrip. Bal. in
l.i.ff.de orig.iu.vbi refert ꝙ poteſtates ſunt tantum ſoliciti
in princi.regiminis ſcolares in princip.ſtudij. vnde ſi etiam
in medio & fine tale quid fecerint ſuſpicionem aliquam nõ
6 habebunt † quia ſi vnum ſuſpectum habent iſta ſuſpicio ex
aliorum habilitate delebitur iuxta ſingu.l.ſi quis ex argen-
tariis.§.ſed cum omnes.ff.de eden.

CAP. LXII.

SVMMARIVM.

Notarios notariatus officium non exercentes fore ipſo priuandos officio.

1 ☞ *Non ſufficere quem eſſe in notariorum matricula niſi exerceat.*

2 *Actum non poſſe per alium explicari ubi perſonæ induſtria reperitur electa.*

3 *Non officium, ſed perſonam intuendam.*

4 *Speciale eſſe ut quis per ſubſtitutum eiuſdem peritiæ ſeruire poſſit.*

5 *Illuſtres perſonas poſſe per ſubſtitutum ſeruire.*

6 *Per alios aliquod officium exercentes legi ſubiacere.*

1 COGNITVM Sit tabellionibus † quod licet in tabelionum matricula reperiantur deſcripti ſi tamẽ tabellionatus officium nõ exerceant, quod poterunt iure merito ipſo priuari officio, ut eſt textus no. in l. qui ſub prætextu. C. de collegi. lib. xi. in l. ſemper in §. negotiatores. ff. de iure immu. in l. ne quidem. C. de teſta. mil. in l. qui ſub prætextu. C. de ſac. ſan. eccle. tradit Fely. in c. cleri. de iud. in l. i. ff. ex quib. cau. mai. no. in l. i. C. de primi. lib. xi. nec poterũt aliquo pacto per alios tali officio inſeruire. §. pen. auctẽ. de cab. glo. in §. i. in auct. de inſtru. cau. et fide, Bal. in auc. ne autẽ de cad. toll. glo. in l. ſtipulatio in §. ſcire. ff. de noui ope. nũc. Bal. in l.
2 ſi hi. C. loca. † quia cum in tali officio eius ſit electa induſtria non debet poſſe per alios tale officium explicare l. i. in fin. ff. de off. præfec. præto. l. inter artifices. ff. de ſolut. l. per
3 hanc C. de eroget. mil. ann. lib. xii. † quia non officium, ſed perſona attenditur. l. i. in fi. ff. de ſerui. leg. l. i. C. de cad. toll.

c.quoniam.§.porro.extra de offic.delega. epiſtola inter claras ver.laudamus perſonas.C.de epiſcop.& cle.c.cum P.extra de fide inſtrum Bar.in l.j.ff de furt.aduer.nau. ꝙ vendicat ſibi locum niſi haberet iuſtam cauſam impedimenti. gl. not.in l.iuriſconſulto.ff.de offic.præſid.l.j. ff. de officio eius

4 †rurſus ſpeciale eſt vt poſsit notarius tale officium explicare per alium eiuſdem peritiæ.Bar.in l.j.C.de prępo.agen.in rebus lib.xij.glo.in l.j.C mand.& colle.lib.xj.facit l.fideicōmiſſaria.§.fin.ff.de leg.iij.facit glo.ſing.in l.j.in §. quoties.ff.

5 de vi & vi arm. † alias autem ſecus vt dixi quia ſpeciale eſt in illuſtribus perſonis vt poſsint per ſubſtitutum ſeruire. l. quiſquis.C.de epiſ.& cle.l.nullus.C.de decu.lib.x.ꝑ quę iura vr̃ voluiſſe Barbat.in d.§ porro, quod doctor qui per xx. ann.legit cum ſit effectus illuſtris.§.ideo in prima conſtit.c. poſsit per ſubſtitutum legere, & ſic regula l.j.§.deieciſſe.ff. de vi & vi ar.in caſu nr̃o non procedit de qua etiã in c.q̄ per alium,de reg.iur.in vj.in c.in iure de off.delega. eo.lib. quia perſonarum aptitudo repugnare videtur,argumen.l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condi.ind.l.ſi ita fuerit.ff.de man.teſtam. & ſic nimirum ſi ex his tanquam diuerſis non infertur.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& ideo caueant tabelliones ne ab officio deſiſtant † quia etiam ſi per alios exercent

6 & hoc eis permittatur ipſi legi ſubiacebunt.§.pen.in auct.de tabell.l.neminem.C.de decu.dat.quod Deus dederit:complexiones quas alteri cōmunicare ſit impoſsibile, vt inquit philoſophus in tertio de anima, & conſequenter id ſubſtitutus facere poſſet quod notarius non feciſſet.

CAP. LXIII.

SVMMARIVM.

Notarios iubentes aliquem citari præconi, licet hoc non fuerit eis à iudice commiſſum, vitio non carere.

1 ☞ *Sine iudicis mandato aliquem citari non poſſe.*

2 *Citantem aliquem ſine iudicis mandato, pena falſi puniri.*

3 *Pecunia aliquid facientes quod alias fieri prohibitum eſſet ordinarie & extraordinarie puniri.*

4 *Verbum videtur improprietatis notam eſſe.*

5 *Extenſionem fieri poſſe ad caſum in ſtatuto compre-henſum ex larga uocabuli poteſtate.*

6 *Studendum fore vt qualibet diſpoſitio reddatur conformis diſpoſitioni iuri communis.*

1 SCIANT Tabelliones ꝙ † cum non poſsit aliquis citari niſi iudicis mandato. §. quadrupli inſt.de act.l.fi. C. de exh. reis.l. cũ clericis. C.de epiſc.& cler.tradit Spec. in titu. de cita. in §.ſequitur. Fel.in c.i.de iud. Bar.in l.j.C.de
2 iure dom.impet.† ſi fuerit aliquis citatus abſq; iudicis commiſs.ille qui eum citauit punitur pęna falſi.arg.§.in omnib⁹ inſt.de iniu.l.qui nam.ff.de falſ.quem pro ſing. allegat Roma.in ſing.& hoc dicunt ẽt moderni in d.§. quadrupli. Cy. Bal.& Sal.in l.fi.C.de requir.reis,niſi gñalem commiſsionẽ a iudice haberet,tradit Inno. in c.qm̃ contra de probat.c.ſi agendũ,c.ſi duo de procur. in vj. ꝙ ſi ipſi notarij ſine aliqua iudicis commiſsione iuſſerint præconi aliquem citari ipſi de falſo tenebuntur,vt eſt tex.egregius in l.maiorem.C.de fal.
3 in c.ad falſariorum,extra eod. † & ſi pecunia ſubornati fuerint,incidunt in crimen concuſsionis,& poterunt etiam vltra ordinariam pœnam extraordinariæ, iudicis puniri arbitrio, vt eſt gloſ.in l. j. C.de concu. quam gloſ. dicit dominus Iaſ.in d.§.quadrupli.reputari ſing. licet videatur conſimilis in l.platinos.C.de cond:fund.fiſ. quia quantumcunque per alium agens improprie illud agere videatur. l.j.. §. deieciſſe.
4 ff.de vi & vi arm. † ponderando verbum videtur ꝙ improprietatem denotat.l.non videtur.ff.de acq. poſſ. l.non videtur.C.in integr.reſt.l.non ideo minus. C.de accuſa. nihilo-

minus

minns ſi ſtatutum ſtatuat pœnam aliquid tale facienti poterit fieri extenſio,ēt ad iſtum caſum,qui in ipſo ſtatuto cō-
5 prehenditur,ſaltē ex larga vocabuli ptāte † quo caſu extēſio fieri pōt, vt eſt gl.ſing.in j.de poſt.prel.lib.vj.facit ēt alia gl. not.in c.fi.de elect.eo.lib. q̄ dicit ꝙ ſtatutū loquens de elect. habet locū in pñtatione,nam pñtatio nō venit niſi ex larga vocabuli poteſtate.c.ij.de iure patr. Bar.in l.marcellus.ff.ad treb.& conſequenter dato ꝙ iura diſponētia in tali non habeant locum in quaſi tali.gloſ.in l.mercis.ff.de V b.ſig.Bal.in j.conſt.ffor.Bart.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſu.in l. ſenatus.§.legis Iuliæ.ff.de adulte.tamen in caſu iſto ſecus erit
6 †quia ſtudendum eſt vt quælibet diſpoſitio reddatur cōformis iuri cōi.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& ideo talia ſtatuta recipiunt intellectum a iure communi,iux.no.in l.ij. C.de nox.per Paul.caſt. in cōſ.ccclj.incip.viſo errore bullæ. Iaſ.in l.properandum.C.de iud.Bart.in l.j. §. lex fal. ff.ad l. fal.& conſequenter in ſtatuto comprehendentur.

CAP. LXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios aliquid vltra ſalarium a ſtatutis taxatum recipientes admiſſi pœnam luere.

1 ☞ *Vbi militat eadem ratio debet militare eadem iuris diſpoſitio.*

2 *Ex rationis identitate extenſionem poſſe fieri.*

3 *Statuta fore reddenda conformia iuri communi.*

4 *Extendi aliquid non dici ex rationis identitate.*

1 NON Dubitent tabelliones† ꝙ ſi quid plus vltra ſalariū eiſdē a ſtatuto taxatum petierint in quadruplū tenebunť,vt eſt tex.not. in §. quadrupli inſt.de act.inſuper ponderādo ꝙ rō militās in caſu illo militat etiam in ſtatutis & conſequenter debet mili-

tare iuris eadem diſpoſitio.l.illud.l.ſi putator.ff.ad leg.aqui.
2 † & ideo dicebat Bal. in c.j.in §.porro in titu.quę fuit pri.cā beneſ.amit. ꝙ ēt in pœnalibus poteſt fieri extenſio ex rōnis idēptitate facit l.his ſolis.C.de reuoc.dona. voluit gl. Cy.& Io and.in c.j.de temp.ord.lib.vj.in c.gratioſe. de reſcrip.eo. l'b.glo.in auc.ſed cum teſtōr.C.ad l.fal. voluit gl.peregrina in c.ſi poſtq̄.§.fi.de elect.lib.vj.in c.j.de rer.permu.eo.lib.ha betur in l.cum pr̃ in §.dulciſsimis.ff.de legat.ij.in l.oēs.C.de præd.mi.in l.ita pudor.C.de adul.per Abb.in c.fi.de reſcrip. Bart in auct.pn̄te.C.de fideiuſ. Ange.in l.ſi prudentia.ff.de
3 euic. † & hoc ex eo quia vt etiam proxime dictum eſt ſem ꝑ eſt interpretandum vt ſtatuta confirmentur cum iuris com munis diſpoſitione.glo.in l.fi.§.ſi in cōputatione.C.de iure delib.Bald.in l.j.C.de ceſsio.bono.Bar.in l.ij.ff.de recept. in l.fi.C.de ſponſ.Ang.& Imol.in l.poſtulante.ff.ad treb. Car. in c.lator de homi.Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.habetur in l.ſerui.C.de noxa.in c.ex parte in c.dilecto de ver. ſigni.in c.cum dilectus de conſuetu.in c.cauſam de reſcript.
4 in c.ad noſtram de iureiu.in c.j.de phe.cogni. † caueant igitur tabelliones ne plus petentes & accipientes pœnam qua drupli ſuſtineanr qua cum eadem militat ratio non eos excuſabit.l.ſi de interpretatione.ff.de pęn.quia iſta non eſt extenſio,ſed intentio Bar.in d.l.j.in §.lex falcidia.

CAP. LXV.

SVMMARIVM.

Notarios in inſtrumentis dicentes pecuniam numeratam,licet numerari eam non viderint malo ſociari.

1 ☞ Dicentes pecuniam numeratam videntur fateri ſe vidiſſe ipſum numerari.

2 Pecuniam traditam in ſaculo numeratam dici.

3 Verba contractus intelligi ex tempore contractus celebrati.

A commu-

4 *A communibus opinionibus in iudicando et conſulendo non fore recedendum.*
5 *In dubio pro inſtrumento præſumi.*
6 *Præſumptionem liquidam fore probationem.*

MINIME Sint immemores tabelliones ꝙ ſi in aliquo contractu dixerint pecuniam numeratam fuiſſe,& in eo non interuenit pecuniæ numeratio,ꝙ falſi pœna punietur, vt no. gl.in l.ſi ex cautione. C.de non nu.pec & eſt
1 cõis ſcola doctorũ in l.ſi ex pretio.C.ſi cer.pet.† quia dicẽdo pretium numeratum videtur confiteri vidiſſe ipſum nume-
2 rari,vt inquit glo in l.fi.& ibi Bal.ff.de cond.ex.l.† & ideo dicebat Bal.in conſi.ccxiij.iij.vol.ꝙ licet pecunia tradita in ſaculo dicatͬ numerata,quod nihilominus cautius erit vt notarius ipſam pecuniam numerari videat allegãdo l.adhuc intereſſe.ff.de vſu.qđ ẽt ſequitͬ in rub.C.de fi.inſtr. in l.j.C.de conſti.& in conſ.cclxxviij.ij volu.in l.ſi abſentis in iiij.q.ff.ſi cer.pet.Ang.Imol.& Paul.de caſt.in l.prædia.ff. de acq.poſſ. inſuper rñdentes ad argumentum quo Bart.in d.l. pdia tenuit cõtrariũ immemor eius quod dixit in d.l. ſi ex cautione inſuper adducẽtes l.creditor.§.ſępe.ff.de ſol. Bal.in l.debitorẽ.ff.de noua.& in l.j.C.de his,qui in frau.cred.tradunt Canoniſtæ in c.ſi cautum de fid.inſtr.Inn.in c.fraternitatis, de frig.& malef.nec poterunt excuſari ſi añ contractũ pecu-
3 nia fuerit perſoluta†quia verba cõtractus intelliguntur ſm tempus quo fuit celebratus.l.ſi ita ſtipulatus.§.griſogonus.
4 ff.de verb.oblig.in l.poſt dotem.ff. ſolu.mat. † & iſta eſt cõis opi. à qua cum melioribus rationibus ſit fulcita in iudicando & conſulendo non erit recedendum.l.ij.§.ſed neq;.C.de vet.iu.enucl.l.labeo.§.idem tubero.ff.de ſup.leg. l.j.ff.de off. quæſt.l.j.ff.de ſenat.c.prudentiam de off.deleg. Bal. in l.obſeruare in §.proficiſci.ff.de of.procõ.Bar.in l.fi. de pena iud. qui ma iu.Ang.in l.cum prolatis.ff.de re iud.Inn. in c.ne imitaris,de conſti.Io.and.in.c.j.eod.tit.in c.capellanus,& ibi
5 Hoſti.de feriis,ſciant tamen tabellionis † ꝙ pro inſtrumẽto

in dubio

in dubio præſumitur.l.cum precibus.C.de prob.Bald.in l.ſi mater in 3.col.C.de rei vend. & in l.ij. eo.tit. vbi apparet ꝙ a notario ſcriptum præſumitur ſolenniter & legitime geſtũ
6 † & conſequenter cum preſumptio ſit liquida probatio contrarium aſſerens intentionem ſuam probare debebit iuxta not.per glo.peregrinam in l.ſi tutor.C.dę peric.tut.in l.creditor.C.de pig.act.in c.j.quod met.cau.in c.ſicut,de iureiur.in c.pen.de except.in c.propoſuiſti.82.diſt.in l.ſuper ſeruis.C.qui militare non poſſ.in l j.C.de teſt.mil.in l.ij.de pet.hęred.in l.ſiue poſsidetis de prob.

CAP. LXVI.

SVMMARIVM.

Notarios aliquid dictis teſtium addentes,qua additione quis ueniat criminaliter puniendus,malo aſſociari.

1 *Teſtem in criminalibus falſum deponentem ea pœna puniendum,qua reus puniendus veniret,ſi depoſita per eum uera eſſent.*

2 *Non ſolum manibus,ſed etiam lingua occidentes, homicidas fore.*

3 *Paria eſſe quod quia in uoce, uel in ſcriptis fiat.*

4 *Notarios addẽtes dictis teſtium tripliciter delinquere, & tripliciter puniendos fore.*

5 *In generali cancellatione bannitorum bannitum ex crimine falſi non comprehendi.*

RECOGITENT Tabelliones ꝙ ſi in aliqua criminali cauſa aliquid dictis teſtiũ addiderint propter quã additionem quis veniat criminaliter plectendus, ꝙ tunc non ſolum de falſo tenebuntur

nebuntur verum etiam ſubibunt pœnam quam ille qui veniebat condemnandus illa additione ſtante ſubiturus fuiſ-
1 ſet † quia cum notarius dicatur teſtis.l.domitius labeo.ff.de teſta.c.vt circa de elec.lib.6.debet etiam in caſu iſto ad teſtis ſimilitudinem puniri, ſed teſtis deponens aliquod delictum fuiſſe ab aliquo commiſſum ſi re vera cognitum fuerit quòd falſitatem depoſuit & de falſo punitur & etiã ea pœna qua puniendus erat reus ſi verum teſtis depoſuiſſet vt inquit Bal.in c.i.§.item quod falſo in v.col. de pace tenen. in vſib. pheu.allegans text.ſecundum eum ſing.in l.j.in §.præterea. ff.ad legem corn.de ſyca.per quem text. ita etam tenuit in l.presbyteri.C.de epiſc.& cle.inſuper adducendo glo.ord.in c.j.ij.q.iij.& tex.in arg.in l.i.in §.fi.ff.ad leg. iul. pecu. & idẽ etiam tenet in titu. de pace conſt.in ii.col.in c.i.in §.iniuria de pace iur. fir. in vſi.pheu. in l.data opera in x. col. C. qui accuſ.non poſ.in cap. ſicut extra de teſtib. ita tenet Hippo. de marſi.in d.§.præterea & in pract.ſua crimi. in §.ſupereſt.
2 nu.xvi.iuribus de quibus per eum, † & ea poteſt eſſe ratio, quia cum alias iſte reus veniat liberandus adiiciẽdo aliquid dicto teſtium videtur ipſum occidere capi.ſicut dignum extra de homic.nam licet gladio non occidant eum tamen ſcriptura occidunt.c.omnis iniquitas, de pœni.diſt.i.quod etiã confirmabat Aug.dicens ꝙ periculoſe decipiuntur qui exiſtimant eos tantum homicidas eſſe qui manibus hoiem occidunt, & non eos quorũ fraude hoies extinguuntur. nam iudæi manibus Chriſtum non occiderunt ſicut ſcriptum eſt non licet nobis interficere quenquã lingua tamen eum occiderunt cap.periculoſe de pœn.diſt.i. & ideo nimirum ſi ea pena qua volebant rerum affici ipſi veniunt puniendi iuxta edictum dominicæ veritatis dicentis omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines eadem facite illis.c.j. j.diſtinct. l.j.ff.de ſolu. & ideo qua quis pœna alium iniuſte plecti vult
3 ipſe plectendus eſt.l.rem non nouam. C.de iudi. † & in caſu iſto paria debent eſſe ꝙ quis aliquem voce occidat, vel ꝙ in ſcriptis tale quid committat.l.non figura.ff.de act.& obl. c.conſtitutionem cum glo.de ſenten.excommu.in vj. c.vbi periculum,de elec.eod.lib.c.perlectis.25.diſt. l.item apud.§.

cum

cum vitiũ.l.lex Cornelia.§.ſi quis librum de iniu.l.in exer-
4 cendis.C.de fi.inſtr.c.cũ Ioã.heremita extra eo.†caueãt igĩ tabelliones cum tripliciter delinquant primo de eo, cuius præſentiã contẽnunt. ſecundo iudici quem mentiendo fallunt.tertio innocenti quẽ falſo teſtimonio ledunt.c.j.de cri. fal.& ideo ẽt tripliciter ueniunt puniẽdi,primo de periurio, ſecundo de falſo,tertio ea pœna qua reus puniendus fuiſſet,
5 iux.no.in d.c j.& in c.quicunq;.j.q.v.†maxime quia crimen falſi grauiſsimum crimẽ reputaĩ cũ videamus ꝙ facta gñali cãcellatione bannitorũ non cõprehenditur bannitus ex crimine falſi,ſicut ille qui eſt bannitus ex crimine leſę maieſtatis.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.l.fi.& ibi gl.C.de aboli.iuncta l.Lucius.ff.ad Turp.& no.ꝑ Ang.in ſua eleganti quæſti.inci. exhorta guerra, eaq; eſt rõ quia talia delicta ſunt proditoria.vt no.Bal.in c.j.in tit.quib.mo.pheu.amit.in auc.itẽ nulla.C.de epiſc.& cle.Pet.de Anc.in c.ea quæ.de reg.iur.in vj. & ideo in iſtis criminibus non licebit leges tranſgredi.Inno. in c.j.de conſtic.Bal.in auc.ſed nouo.C.de ſeru.fug.& in l. ſi ſeuerior.C.ex quib.caſi.infa.irrog.in l.quid ergo. in §.pœna grauior.ff.de his qui no.inf.

CAP. LXVII.

SVMMARIVM.

Notarios inſtrumenta celebrantes & in eis apponentes diem inſtrumenti tranſactis multis diebus antequã haberetur concluſio ab errore immunes non eſſe.

1 ☞ *In inſtrumentis concluſionis tempus attendi.*
2 *In reſcriptis ſolam concluſionem intuendam.*
3 *Talem eſſe actum qualis eſt concluſio.*
4 *Appoſitionem temporis in inſtrumẽto multũ operari.*
5 *Paria eſſe quid fieri in legitime uel non fieri.*
6 *Nemini auferendam facultatem agendi vel ſe defendendi.*

LIQVEAT

1 LIQVEAT Tabellionibus ꝙ † ſi celebrant
minutam alicuius inſtrumẽti ꝙ ſi poſtea an-
teq̃ concluderetur multi dies trãſierint ꝙ in
inſtrumento non eſt apponẽdus dies initię
minutę ſed dies cõcluſionis, vt egregie dixit
Bal.in l.cõtractus in ii.col.C.de fide inſtru. & de hoc vide-
2 tur textus in l.ſi voluntate.C.de reſcin. vend. † eaq; eſt ra-
tio quia ſola cõcluſio eſt inſpicienda vt voluit Inno.in c.ſu-
per literis de reſcript.quẽ refert Bal.in cõmento.l.præſcrip-
tione.C.ſi cõtra ius vel vti.pub.vbi inquit idẽ Bal.ꝙ quãtũ-
cunq; in reſcriptis multa inſerãtur ꝙ nihilominus ſola attẽ
3 ditur cõcluſio† quia talis eſt actus qualis eſt cõclu.c.ex parte
il ii.de reſcript.c.ſeries de teſtibus. c.licet cauſam de proba.
c.ii.de ord.cog.c.ex parte de foro compe.Bal.in l.edita.C.de
edẽ.in l. domũ.C.de rei vend.in l.qui ſtipendia.C.de proc.
in l.certi conditio.ff.ſi cer.pet.in l.cũ vltra C de nõ nu.pec.
Bar.in l.Aurelius.in §.ſticho.ff.de lib.leg.in l.Cornelio.ff.de
lib.& poſth.Ioan. de Ligna.in c.examinata de iud.Car. in c.
dilecti eo.tit.Io.And. in c. cũ eccleſia de cauſa poſ.facit tex-
tus in c.cũ dilecti de empt.& vend.in l.ex mille in §.i.de eui.
4 in l.iij.in §.diui fratros.ff.de iure fiſci † & ideo caueant tabel
liones quia appoſitio temporis in inſtrumẽto multum ope-
ratur.l.optimam. C. de contrah. & commi. ſtipul. l. panto-
nius.§.rei perduellionis .ff. de acqu.here.gl. in l. ſi ex pluri-
bus ff.de ſolu.& faciunt quæ habentur in l.matrem.C.de ꝓ
ba.in l. eum actum. ff. de neg.geſt. in l.non ſolum. ff.de no.
ope.nun.in cle. literas de reſcrip.in c. cum apoſtolica de his
quæ fiunt a prælat. per Innoc.in c. cum ſit generale de fo-
5 ro comp.alias ſi contrafecerint debitas penas luant † quia
paria ſunt ꝙ actus non fiat, vel fiat & minus legitime l.ii.
ff.qui ſatiſda.cog.l.nihil intereſt.ff de reg.iu.l.iii.§. condem-
nato . ff.de re iud.l.cum præcario.ff de præca.quia alias ap-
ponendo diem initię minutę materiam falſi fabricandi tra-
derent ꝙ eſſe non debet. l. conuenire. ff. de pac.dot. notant
domini de rota in deciſione.cccxc. quos refert Ludo.Rom.
in l.ſi in illa.ff.de verbo. oblig. in l. ſiue hęreditaria. ff. de
6 nego. geſt. † & alias etiam poſſet alicui facultas agendi

vel ſe defendendi tolli, quod non eſſe debet, cle.paſtoralis de re iud.cle.ſi.de reſcript.l.ſcientia.§. qui cum aliter. ff. ad l.aquiliam.

CAP. LXVIII.

SVMMARIVM.

Notarios recuſantes inſtrumentorum confectionem periuros eſſe ſi ſine cauſa recuſant.

1 ☞ *Hoſpitem grauatum multitudine hoſpitum non teneri ad alios hoſpitantes.*

2 *Sacerdotem grauatum multitudine confeſſionum poſſe alium uocare.*

3 *Periurantes infames fieri.*

4 *Ex cauſa iuramentum deferentem periurum non dici.*

5 *Iura neceſſitate impeditis ſubuenire.*

6 *Delicti multiplicitatem delinquentem aggrauare.*

1 EXCOGITENT Tabelliones ꝙ † ſi ab ali
quo rogati inſtrumentum nulla iuſte impe-
dimenti cauſa exiſtente celebrare recuſaue-
rint periuri eſſe dicuntur, vt eſt tex.valde ſin
gu.in §.ſed neq; quæſtus in auc.de tab. qnem
tex. ponderat Bar.in l.i.in §.i.ff. de fur.aduer nau. ad com-
probandum ꝙ hoſpes grauatus multitudine hoſpitantium
2 nõ tenetur alios hoſpitare † faciat etiam dictum Dominici
in c.perlectis.xxv.diſt.vbi habetur ꝙ ſacerdos grauatus mul
titudine confeſsionum poteſt aliũ vocare ad cõfeſsiones au-
diẽdas qa propter multitudinẽ actuum relaxatur vigor iu-
ris, vt inquit Bal.in §.itẽ quia in j.cõſti. ffor. vbi dixit quod
licet ſententia nõ poſsit de nocte fieri quod iudex tamẽ gra
uatus multitudine cauſarum poterit eam de nocte ferre &
allegat

allegat Bal.l.ſenatuſconſulto.ff.de off.preſ.quem tex.adducit etiam Bar.in l. titia in §. vſuras.ff.de leg. ij.& in l. mora, ff.de vſu.quod vendicat ſibi locũ quãdo iuriſdictio ſequenti die eſſet peritura, vt dixit Bar. in l.ſeius & augerius.ff. ad l.falci.& ſic ex his patet quod notarius non poteſt negare rogationes inſtrumẽtorum quia publicum eſt eius officium & conſequenter nemini denegandum.l.ij.ff.rem pup.ſal.fore.§.cum autem inſti.de adop.l.ij.C.eo.l. orphanotrophos. C.de epiſ.& cler.quod ſi nullo impedimento exiſtente ne-
3 gauerint efficientur periuri, † & ideo caueant quia periurãdo efficiuntur infames.c.infames. vi. q.i.c.ſi quis conuictus. xxii.q.v.l.ſi quis maior. C.de tranſ. & conſequenter poterunt ab officio remoueri.l. i. C. vbi ſen. vel clar c. veritatis. de dolo & cont. l.iudices.C.de digni.li.xij.l. vnica.C.de infa.li.x.c.inter dilectos de exceſ.præla. c.querelam.de iu.iur.
4 no.glo.in l.ij. ff. de his qui no.infa. ſi † autem hoc impediti faciãt liberabunt a piurio, qa nõ dr̃ degerare q ex iuſta cauſa deſerit iur̃m.l.fi.ff.q ſatiſd.co.l.ſi hoiem.ff.mãd.c. ſi nulla. xxiij.q.viij.c.pſbytero.l.diſt.c.ſicut.de conſecr. diſt.i.c. ſignificãte de pig.c.ſi qus p neceſſitatẽ de fur.no.dec.in rub.C.q
5 admi. ꝙ ſi impediti hoc fecerint a piurio excuſabunt † qa iura ſubueniũt neceſſitate impeditis.l.nõ eſt.ff.ex qb.cau.maio.l.cũ in plures.§.veſtimẽta. ff.loca.l.ij.§.ij. ff.ſi qs caut. tradũt doc.in d.c.q̃relã.Et iõ caueãt ipſi tabelliones ne ita facil-
6 lime rogationes vti aſſolẽt recuſent, † & ſciãt ꝙ hoc ſępe faciẽdo magis aggrauabũt, qa multiplicitas delicti magis grauat ipſum delinquentem.l.iij.C.de epiſ.aud.l. capitalium.§. graſſatores. & §. famoſos. ff.de pœnis. Bal.in auct.ſed nouo. C.de ſeruis fugitiuis, in l.apud antiquos. C.de furt. Bar. in l.ſi cui.in §.ſacrilegiũ.ff.de iniuriis.

CAP. LXIX.

SVMMARIVM.

Notarios examinantes teſtes nõ iuratos ĩ caſũ laborare.

1 ☞ *Iuramẽtũ de ſubſtãtia teſtis fore, etiã ſi procedãt*

ſine

ſine figura iudicij.

2 *In iuramentis teſtis non iurati inhabilitatem ex alijs iuratis non ſuppleri licet regulariter ſecus.*

3 *Dicto ſacerdotis deponentis aliquem de crimine emendatum non ſtari ſine iuramento.*

4 *In ciuilibus teſtes poſſe renuntiare iuramento teſtium in criminalibus ſecus.*

5 *Publicum latronem uel repertum in fragranti crimine poſſe defenſionibus ſuis renuntiare.*

1 MEMORIA Concipiant tabelliones † ꝙ ſi teſtes examinauerint & negligẽtes fuerint pręſtare iuramentum ꝙ tunc iſtoq; caſu pęnas falſi nõ euitabunt vt refert Bar. in trac. de teſtibus in verb. præsbyteri. in iii. col. motus ratione ſatis concludente, quia ſcilicet notarius omittens ſubſtãtialia requiſita ĩ aliquo actu ď falſo tenet, adducẽdo peregrinã. l. iubemus. C. de teſta. ſed iuramentũ eſt de ſubſtantia teſtis. l. iuſiurandi. C. de teſtib. cap. tuis extra eod. ꝙ ampliat Crotus in tractatu de teſti. in verb. aggredior in princip. habere locum etiam ſi eſſemus in cardinali vel aliis hominibus nõ modice auctoritatis cap. cum olim de priuile. ſecũdo ampliat hoc habere locum etiam ſi ſumarie procedatur ſine figura iudicii adducendo ſolitariam theori. Barto. in extraua
2 ad reprimendũ in ver. ſine figura † tertio ampliat hoc procedere etiam ſi adeſſet multitudo teſtium idem dicentiũ quia ſi aliqui erunt iurati aliqui non, non iuratis non adhibebitur fides c. multorum. lxiiij. diſtin. quod eſt no. pro declaratione eorum quæ no. in l. ſi quis ex argentariis. in. §. cogentur. ff. de eden, & in l. præſcriptione. C. ſi contr. ius, & eorum quæ dicit Bal. in c. i. quibus mod. pheu. amit. Bar. in l. ſi his qui duos. ff. de libe. lega. Saly. in l. ſocietatẽ in vlt. col. C. pro ſocio vbi videntur concluſiſſe ſcriben. inhabilitatem vnius ſuppleri ex habilitate alterius, & tamen ſecus eſt in caſu

iſto

3 iſto † vltimo ampliatur etiã procedere in ſacerdote depõ-
nente aliquem eſſe emendatum de crimine, quia ei non cre
ditur ſine iuramento per eã quæ no. Abb. in c. teſtimonium
de teſti. Io. and. in c. fraternitatis de frig. & malef. Areti. in c.
propoſuiſti de prob. glo. in l. comparationes. C. de fid. inſtr.
& ideo cauti ſint tabelliones præſertim in cauſis criminali-
4 bus † quia quantũcũq; in ciuilibus poſsint partes teſtium iu-
ramento renunciare. c. tuis extra de teſtib. Spec. in §. fin. eo.
tit. tñ ſecus eſt in cauſis criminalibus quia reus non poteſt
renunciare propriæ defenſioni. vt eſt glo. in l. pactum quod
inter hæredem. ff. de pact. quam reputat ſing. Barba. in cap. ſi
diligenti de for comp. approbat Bal. in l. pronunciatum. C.
5 de feriis † dicens illud non habere locum in publico latrone
vel in reperto in fragranti crimine ſecundum eundem in l.
vt vim. ff. de iuſti. & iur. in l. ſeruum quoque in §. publice. ff.
de procur. in l. j. qui accu. non poſſ. in l. ſi accuſatoribus. C. de
accuſ. ſecundnm glo. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. inf.
Bart. in l. cuſtodias. ff. de publ. iudi. moderni in d. c. ſi diligen-
ti & habetur in d. l. in pecuniariis. ff. de furtis.

CAP. LXX.

SVMMARIVM.

Notarios indiſtincte ſeruantes quod a maiori parte ſui collegij actum eſt ignorantiæ maculam ſubire.

1 ☞ *Actũ a maiori parte collegij regulariter ualere.*

2 *In reformatione alicuius officialis omnes conſentire debere.*

3 *Ab oĩbus ordinata, nõ poſſe niſi per omnes retractari.*

4 *In his quæ ſunt contra ius non ſufficere maiorem partem conſentire.*

5 *Non ſufficere maiorem partem extra collegium exiſtentem facta in collegio ratificare.*

COMMVNICATVM Sit tabellionibus
1 † quòd dato ꝙ alias regulariter quicquid fa-
ctum eſt a maiori parte collegij ſui teneantur
obſeruare iuxta l.quod maior.ff. ad municip.
per quam ita tenuit Ange.in l.exactiones. C.
de ſuſcepto.& propo.li.x.facit text.in c.j.de his quę ſi.a mai.
par.cap.in c.dudum.in c.in geneſi.in c.congregato. in c.cum
inter canoni.extra de elect. Bar.in l.quicūq;. C.de omni ag.
deſ.lib.xj.in l.ſi vni.ff.de re iud.Abb.in c.prudentiam,de of.
deleg.in c.gratum in v.col de poſtul.præl. Barbat. & Fely.in
c.cum omnes de conſtit.tamen iſtud limitatur non habere
locum in quatuor caſibus quos ponit Anto.corſet. in ſingu.
2 ſuis in verb.vniuerſitas. † primo vbi tractatur de reforma-
tione alicuius officialis, quia tunc opus eſt omnes in vnum
conſentire,caſus eſt ſing.in §. & ſi quidem in auc. de defenſ.
ciu.quē allegat Rom.in rub.de arb.& ī ſing.ſuis cccccclxxiij.
Ang.in l.maiorem.ff.de fact. Ioā.And.in c. cum olim de te-
3 ſtibus. † Secundo limitatur quando tale collegium vellet
ſtatuere aliquid contra id quod iam fuit ab omnibus ordi-
natum, vt tradit eleganter Inno. in c.humilis de maiori. &
obed.& facit pro ratione text. in regula cum omnes de reg.
iur. in l.nihil tam naturale.ff.eod.in l.ſtichum aut pamphi-
lum in §. naturalis. ff.de ſolut. not. per Bartol. in l.in frau-
dem.§.ſicut. ff.de teſtamen. milit. in l. hæredes in §. ſi quid
4 poſt. ff.de teſta. † Tertio limitatur quando tale collegium
vellet aliquid ſtatuere contra ius,quia tunc non ſufficit ma-
iorem partem conſentire vt tradit Inno.in c.cum omnes de
conſtitu.Bald.in l.fin.C.de aucto.præſt.in l.j.ff. de offi.pro-
conſ. faciunt quæ habentur in l.hæredes mei. §. cum ita . ff.
ad Trebellia.& ea eſt ratio quia ſtatuendo contra ius gene-
ratur præiudicium alicui extra ipſos ſtatuentes cap. lex. di-
ſtinc.quarta.quo caſu hoc non debet poſſe fieri,quia nō ſuf-
ficit in generantibus præiudicium tertio maiorem partem
5 conſentire,vt inquit Bald.in l.j.ff.de offic. conſ. † Vltimo
limitatur quando maior pars fuit in collegio ſecus ſi extra
& peſtea ratificaret, vt eſt textus valde ſingu. & ſtupendus
in c.in cauſis de elect.quem adducit ad hoc Bal.in l.per fun-
dum.

dum.ff.de ſeru.ruſt.præd.& ideo caueant tabelliones rationibus de quibus ad ſaturitatem per ſcrib. in d.c.cum omnes & in d.l.quod maior.

CAP. LXXI.

SVMMARIVM.

Notarios edentes inſtrumenta partibus milies ſi toties fuerint petita à partibus incautos eſſe.

1 *Notarios parte non iurante de calumnia non teneri ad exhibendum inſtrumentũ alias exhibitum.*

2 *Quid ſit iuramentum de calumnia.*

3 *Viris ſanctæ vitæ poſſe iuramentum remitti.*

4 *Viros ſanctæ vitæ fore ſubiectos canoni.*

1 PROPALATVM ſit tabellionibus ꝙ † quãdo aliquis petit ſibi exhiberi inſtrumẽtum alias exhibitum quod non coguntur tale inſtrumentũ exhibere niſi iuret ſe calumniæ cauſa nõ petere eundem ſibi exhiberi vt inquit Barto.per illum text.in l. cum plures.ff.de bo.auc.iu.poſ.no.Specu.in §.ſed poſtquam
2 in ver.ſed nunquid de inſtrumẽtorum editione † facit tex. in l.ij.C.de iur.cal.in l.inter cohæredes. in §. familiæ. ff. famil.hercifc.vbi etiam probatur quòd vbi quis iurat bona fide non calumniæ cauſa aliquid petere ceſſat omnis ſuſpicio cum calumnia ſit quando quis ex certa ſcientia iniuſte aliquid petit.l.ij.§.calumniari.ff.ad Turpill.§.notandum. ij.q. iiij.l.athletæ §.calumniator.ff.de his qui no.inf.l.pactum.C. de tranſa.c.calumniam de priuil.l.ſicut.C.de paga.no.Inno. in c.j.de offic.vicarij,no.omnes in rub. de iur.cal. & hoc niſi aliam iuſtam cauſam probent cur velit ſibi inſtrumentum exhiberi iuxta l.veluti.ff.de eden.quia tunc non poterit exhiberi noua probata cauſa arg.l.fideicommiſſa.§. ſi quis de-

3 cem.ff.de leg.ij no.per Ang.in l.ſi finita.ff.de dam. inf.† ſciãt tamen tabelliones ꝙ tale iuramentum poterit remitti viris ſanctæ vitæ dato ꝙ hodie pauci reperiantur,& pro hoc facit glo.in l.j.in §.j. ff. de ripa mun. vbi habetur ꝙ honeſto viro remittitur onus præſtandi cautionem, quia non præſumitur ꝙ talis perſona dicat mendácium.c.ii.de oper.no. nunt. glo.in c expedit.xii.q.j.in l.titio fundum.ff.de condit.& demonſt.in c.Lugdunenſis.ix.q.iij.in c.in noſtra de procur. in c.quid menſa.37.diſt.no.Bal.in c.ſanctorum de præſcript.in c.cum contingat de reſcrip.& ideo dicebat Dominica veritas vbi ſpiritus Dei eſt ibi libertas, & facit conſequenter dictum Pſalmiſtæ dicentis homo mendax intelligitur exiſtẽs
4 in peccato & hoc eſt no. † quia alias etiam ſancti viri ſint ſubiecti cano. c.i. vt lit.penden. vnde magnanimus dicebat Apoſt.caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo ne cũ aliis prædicauero ipſe reprobus efficiar.

CAP. LXXII.

SVMMARIVM.

Notarios uolentes de nouo eorum officium ingredientes ad antiqua debita teneri iniquos fore dyudicãdos.

1 ☞ *Graue naturali æquitati contrarium fore pro alienis debitis aliquem teneri.*

2 *Sentientem commodũ,& incommoda ſentire debere.*

3 *Aliquid indebite accipiẽtes in foro pœnitẽtiali teneri.*

4 *Equũ eſſe neminẽ cũ alterius detrimento locupletari.*

5 *Legem fore prohibitiuam peccati.*

NON Obſcurum videatur tabellionibus,quòd ſi quis de nouo eorum collegium ingrediatur nõ tenebitur ad antiqua debita,vt no.ſing.Dynus, quem refert Bartolus in l. incola.ff.ad municip.

1 per.l.prouidendum.ff.de decu.lib.x. † quia & naturali equitati contrarium eſſe videtur, pro alienis debitis alios moleſtare Bar.in l.i.C.vt nul.ex vica.lib.xi.& in l.i.§.ſi coheredé ff.ad l.falc.& in §.i. & ij.in auct. vt non fiant pig.& in l.ciuitas.ff.ſi cer.pe.Bal.in apoſt.l.i.ff. quod cuiuſque vniuer. Iac. de bella per.in §. hoc vero iubemus in aucten. vt nulli iud.
2 † maxime quia ante ingreſſum collegii nullum cõmodum ſentit,& conſequenter inconueniens eſſe videtur vt ſentiat incommodum iuxta l.eum qui ff.de iur.iur.quod ſi contra-
3 fecerint †quum in lata culpa ſint arg.l. ſi auia C.de ingenu. man.c. relatum.xxxviij.diſt.Bal.in c.ij. de iud.quia ſi libros legiſſent hoc pròculdubio ſciuiſſent ſecũdum ſing. l.pe.ff.ad exh.quòd videtur voluiſſe Bal.in l.directas C.de teſt.ma. dicens.l.i.§.fi.ff.de ver. ob. fuiſſe cognitam ab his quibus non cecidit puluis ſuper libros iuxta l.ſi hominem.ff.mand.c. p venerabilem, qui filii ſint leg.c.latorem.xxiij. q.ij.glo.in §. porro.iiij.diſt.proculdubio tenebuntur in foro penitentiali, vt no.tradit Innoc.in c. ſicut dignum de homi. cuius theor.
4 exclamat dominus Abbas in c.i. de conſti.† quia ęquum eſt neminem cum alterius detrimento locupletari.l. nam natura.ff. de cond.inde. & ideo naturam imitẽtur iuxta.l. adoptio.ff.de adop.§.ſpadonem inſt. eo.ꝙ facient ſi cognito. ꝙ pecuniam indebite receperint eam reſtituant iuxta.l.cũ ancillis.C.de inceſt.nup. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem polioni.ff.de adult.c.fin.de præſcr.l.ſi reſtituatur.§.ſi. de iu-
5 di.nec dubitent aliter facientes peccare † quum omne id ꝙ eſt prohibitum ſi fiat ſit peccatum gl.in c.quis autem.x.diſt. c.nam concupiſcentiam de conſti c. vt animarum eod. titu. lib.vi.c.perpetue de elec.eod.lib.l. non dubiũ. C. de legibus. & conſequenter dignum eſt vt pœnam luat,voluit Bal. In l. fi.C.ſi contra ius facit. c.ignorancia.xxxviij.diſt. iunctorum alias.xxv. diſtin.c. cum in eccleſia de ſimo. cle. exiui de ver. ſign.& ideo dicebat.§.cogitatio in auct. vt nul. iud. ꝙ amor pecuniæ eſt materia peccati.

I 3 CAP.

CAP. LXXIII.

SVMMARIVM.

Notarios in eorum collegio ridentes vel rixantes eſſe tri dua excommunicatione plectendos.

1 ☞ *Deriſores ex collegio eiciendos.*

2 *Congregato collegio omnes ſilentium ſeruare debere.*

3 *Melius eſt cum ſeueritate diligere, quã cum lenitate decipere, quia non omnis qui parcit eſt amicus, nec omnis qui uerberat inimicus.*

4 *Bona facienda eſſe reges autem non timendos.*

5 *Timentem mortem carnis ſuæ mortẽ dare animæ ſuæ.*

1 DETECTVM Sit tabellionibus † ꝙ ſi cõgregato collegio rixãdo vel ridendo collegiũ conturbauerint ſunt tridua exõmunicatione deiectione ex collegio puniendi iuxta diuinæ legis edictum qua percipitur, eice deriſorem exibit cum eo iurgium in omni dedecore de confuſione qui abſtractus a communione ſecedat & triduo excommunicationis ſententiam ferat de qua in c. in loco quinta quæſtio-
2 ne tertia quẽ textũ dicit ſingu. Rõ. in ſing. ſuo. ccclxxv. † qd quum collegium congregatur debent omnes ſilentium ſeruare, non autem cantilenis vacare. c. in religioſa de conſecra. diſtin. iij. c. licet ergo. viij. quæſt. j. cum ea quę variis vocibus fiunt pro infectis habeantur. l. diuo Marco. C. qui manu. non poſ. l. decurionum. C. de pœnis. l. ſi priuatus. ff. qui & a quib. c. otius de elec. & ideo ſuperiores tabelliones non
3 iudicent ſe maliuolos quũ iſtorum crimina iudicant † quia nõ omnis qui parcit amicus eſt nec omnis qui uerberat inimicus eſt, cũ melius ſit cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere, quis enim nos magis amat quam Deus & tamen

tamen nos non ſolum docere ſuauiter verum etiam ſalubriter terrere nõ ceſſat noueris etiam quandoq; paſtorem vacantia pecora caſtigare,ut ad gregem reducat.c. non vos.
4 capitulo non omnis.v. quæſt. v. † & ideo dicebat propheta fac bonum & non timeas regem. ca.in cunctis. xi. quæſti. tertia alioquin, ſi hoc non fecerint capite langueſcente facilius reliqua corporis membra inficientur nam vt dicebat Eſaias omnes caput languidum omne cor merens a planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas.c.ſunt plurimi.
5 vi. quæſtione prima. † & dicebat Augu. timendo mortem carnis tuæ mortem dabis animæ tuæ cap.non ſolum.xj. q. i. & conſequenter ne iſta ſequantur ſeruando præceptum beati Grego.in c.inter verba. xi. q.iij. dimitant foris ſtultos loqui ꝙ volunt ꝙ enim aliud detrahentes. faciunt niſi ꝙ in puluere inflant & in oculos ſuos terram excitant.

CAP. LXXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios quinquennium a ciuitate abſentes ex notariorum matricula abolendos.

1 *Per quinquennium matriculam extingui.*

2 *Notarios tabellionatus officio uacare debere alijs prætermiſſis.*

3 *Omnem agentem agere propter finem.*

4 *Notarios ſemel propter abſentiam ab officio remotos ad aliquid ſoluendum nõ teneri ſi de nouo collegiũ ingredi uoluerint.*

1 IN Medium allatum ſit tabellionibus † ꝙ ſi quis eorum abſentes a ciuitate per quinquenniũ ſteterint matricula extinguitur.l.ii.C.de primi.lib. xi.l.iij.C.de domeſt.& prot.li xij.l.quicumq;.C.

2 de comea.eod.lib.eaq; poteſt aſsignari † ratio quia tali ſunt electi officio vt ei aliis occupationibus prætermiſsis vacent arg.l.generaliter.C.de epiſco.& cleric.quo caſu ceſſante iſta cauſa nimirum eſt ſi ceſſat effectus.l.adigere. §. quamuis de iure patronatus.l.ſi dicas.§.penul. ff.de excu.tuto.l. actione
3 §.itē ſi alicuius.ff.pro ſoc.c.cū ceſſante de appell.† quia cum omnis agēs agat propter finē, vt inquit philoſophus in primo poſt.tex.commēti.v.quem ſequitur Bal.in l.eam quam. C.de fideicom.in l.ſi pater.C.de hære.inſti.Bart.in l.properandum.§.i.ff.de iud.in l.ſi is qui animo.ff. de aquir.poſ.nimirū eſſe debet ſi fine ceſſante ceſſat id quod ſequitur ex eo l.ad legatum.l.ad rem mobilē.ff.de procu.& hoc atteſtatur Bar.in l.aut facta in §.ipſis.ff.de pœnis per l.iij. §. emanſor. ff.de re mil.l.naturaliter.§.apiū quoq;.ff.de acqu.poſ.Bal.in l.filio.ff.de lib.& poſth.Ro.in l.ſi vero.§.de viro in xxxiiij. fall.ff.ſolu.mat.habetur in l.lex cornelia.§. domū. ff.de iniu. in l eius.ff.ad muni.in l.de conſtitutione. C. de aduo.diuer.
4 iud.† ſciant tamen tabelliones ꝙ ſi de nouo ingredi tabellionatus officium voluerint non tenentur ad aliquid ſoluendum ratione ingreſſus ipſius collegij,vt eſt glo.in l.fin.ff. de pub.& facit ſing.l. penul. C.de conſu.lib.xij. quem adducit Bart.in conſi.ſuo incip.ſcolaris ſoluit, & Rom. in ſing. ſuo. ccxxx. licet poſtea ultimum obtineant locum in ipſo collegio.d. l.generaliter cum aliis de quibus ſupra.

CAP. LXXV.

SVMMARIVM.

Notarios non conſtituentes differentiam inter iuramentum confirmatoriū & deciſoriū procellas incurrere.

1 ☞ *Iurantem contenta in inſtrumēto eſſe uera nō numeratæ pecuniæ exceptionem opponere non poſſe:*

2. *Iuramētū deciſoriū doloſam ꝓducere preſumptionē.*

3 *Iuramento contractum confirmati non numeratæ pecuniæ exceptionem opponi poſſe.*

4 *In iuramento deciſorio compenſationis exceptionem non poſſe opponi.*

5 *Interpellationem fore neceſſariam vt contrahentes cõſtituantur in mora.*

IN PVBLICVM Allatum ſit tabellioni-
1 bus † ꝙ inter iuramentum confirmatorium
& deciſorium nõ modica differentia eſt, nã ſi
ſumus in iuramento deciſorio quo iuratur in
inſtrumento contenta fore & eſſe vera ſecun-
dũ formam traditam per Bar. in l. ij. ff. de iureiur. non poteſt
poſtmodũ opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ vt eſt ſin
gu. dictum Bal. in d. l. ij. vbi dicit ꝙ non ſolum tale inſtrumẽ
tum habebit executionem paratam iuxta glo. l. i. §. i. C. de
rebus cred. l. poſt. ff. de re iud. & no. per Bart. in l. nam &
poſtea in §. fin. ff. de re iud. verum etiam operatur quod non
poſsit exceptio aliqua opponi argu. ſing. l. cum pater. §. dul-
2 ciſsimis. ff. de leg. ij. quod videtur eſſe mirabile † cum alias di-
cat gl. ſing. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſt. ꝙ hu-
3 iuſmodi iuramentũ producit doloſam præſumptionẽ † ſi ve
ro eſſemus in iuramento confirmatorio tendente ad confir
mationem contractus tunc ſecus eſt quia poterit opponi ex
ceptio infra debitum tempus. l. ſi. C. de non nu pecu. & iſtud
dictum dicit eſſe nouum & inauditum Franciſcus de cre. in
ſing. ſuo. cxxj. quo dicto ſtãte, poterit declarari dictum Bar.
in d. l. ij. ff. de iur. iur. vbi dixit ꝙ interpoſito iuramẽto ſuper
contractu non poteſt interponi exceptio compenſationis
4 † quòd ſcilicet hoc habeat locum in iuramento deciſorio ꝙ
eſt no. pro declaratione. l. naturaliter. ff. de act. & obl. item
declarabitur dictum Antonii. in c. breui de iureiu. vbi dixit
quod interpoſito iuramẽto ſuper cõtractu ad hoc vt cõtra-
hentes conſtituantur in mora non eſt neceſſaria interpella-
tio cum alias ſecus ſit. l. ꝙ te. ff. ſi cer. pe. l. ſi ex legati cauſa. ff.
de ver. ob. no. glo. in l. qui Romę. §. cohęredes. ff. de ver. obli.

CAP. LXXVI.

SVMMARIVM.

Notarios non conſtituentes differentiam inter ditionem apud & penes & inter iſta uerba portionem hæreditariam & portionem ſimpliciter errare.

1 ☞ *Verborum conculcationem nihil operari.*

2 *Rem eum habere qui actionem habet ad rẽ cõſequẽdã.*

3 *Verba diligenter a partibus audita contractibus fore apponenda.*

4 *Portionem hæreditariam dici non computatis præceptionibus ſiue prælegatis.*

1 CORDI Notariorum cohereat † inter dictionẽ apud & penes non modicam conſtitui differentiam quia ubicunq; reperitur dictio apud iſta talis dictio nihil operatur quia cenſetur quædam verborum conculcatio ſecũdum glo.ſing.in l.ſi ex pluribus in verb.habet.ff. de ſolut.
2 † ponamus etenim ꝙ dicant aliquẽ cõfeſſum fuiſſe rẽ aliquã apud ſe habere tunc etiam rẽ habere intelligit̃ ſi actionẽ habet ad rẽ cõſequẽdã.l.id apud.ff.de ver.ſig.l.qui actionẽ. ff. de reg.iur.l.rẽ pro bonis.ff.de acqui.rerũ domi.iũcta.l.ſi volũtate.C de dot.promiſ.ſi vero dixerint in inſtrumẽto aliquẽ cõfeſſum fuiſſe rẽ penes ſe aliquã habere tũc iſta dictio maiorẽ habet naturam,& importat ꝙ penes confitentẽ,dicatur eſſe poſſeſsio rei ut inquit no. & egregia.l. penes.ff.de
3 verbo.ſig. & † cauti ſint tabelliones ad ponẽda verba in inſtrumẽtis quæ ab cõtrahentibus diligenter audierunt ſecũdũ eleg.glo.in §. i.in auc.de tabel. ꝙ ſi cõtrafecerint debitas penas luẽt iuxta no.in l.imperator.ff.de ſtatu homi. in l.ſi librarius. ff. de regul. iur in l. errore. C.de teſtibus habetur

per

per Roma. vbi ita inquit fuiſſe conſulendum in ſing. ſuo. cccccxxxvj. franciſcum crem. in no. xl. & ideo cauti ſint ta-
4 belliones † quia videmus etiam in ſimili ꝙ per quam maxima differentia eſt inter iſta verba portionem hereditariam & portionem ſimpliciter quia primo caſu etiam prælegata hoc eſt præceptiones non veniunt ſecundo vero caſu ſecus vt plene de materia habetur per doct. in l. marcellus in §. q. liberis. ff. ad trebell. in l. in fideicommiſſarium in §. fi. eo. tit. in l. cum virum. C. de fideicom. in l. titia. ff. ad l. falci.

CAP. LXXVII.

SVMMARIVM.

Notarios in inſtrumento minoris contrahentis cum coniuncto apponentes iuramẽtum, in uanum laborare.

1 *Coniunctum præſumi ſcire facta coniuncti & allegantem turpitudinem ſuã contra participẽ audiri.*

2 *Decretum iudicis ſine cauſæ cognitione interpoſitum in contractu minoris, nihil operari.*

3 *Iudicem non debere admittere aliquem ad probandum, id quod probatum non releuat.*

DIVVLGATVM Sit tabellionibus ꝙ ſi minor contrahit cum aliquo ſibi coniũcto, ꝙ tunc iuramentum appoſitum ſuper tali contractu nihil operatꝰ. l. de tutela C. de in integ.
1 reſt. † quia cum coniunctus præſumatur ſcire facta coniuncti apponendo tale iuramentum in huiuſcemodi contractu videtur ipſum minorẽ decipere, & ad tale contractũ celebrandũ inducere, vt per illũ tex. cõcludunt omnes limitando regulam auc. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſ. vend. l ſi minor. C. ſi minor maio. ſe dix. & iſto in caſu auditur allegando turpitudinem ſuã cõtra participem, vt not. Bar.

Bart. in l.iuſiurandum.in §.procurator.ff. de iureiur. voluit Bal.in l.j.& ij.C.ſi min.ſe maio. Gofr. in c.inter dilectos de dona.Bal.& alij in d.l. de tutela. & hoc rationabile eſt fauore minoris,qui multis captionibꝰ ſuppoſitus eſt.l.j.ff.de mino.

2 † & ideo videmus quòd fauore eiuſdem minoris ſi ſtatutum dictat ꝙ non poſsit contrahere ſine licentia iudicis ꝙ ſi talis auctoritas fuit ſine cauſę cognitione propere ſinterpoſita nihil operatur.l.magis putes.§.ne paſsim.& §.prætor ff.de reb,eor.ꝙ proculdubio præſumetur ſi ex temporis breuitate fuerit eiuſdem iudicis interpoſita auctoritas quia veriſimile eſt quod interpoſita ſit ſine cauſę cognitione cap. ex literis de in inte.reſt. tradit Petr. de anch.in cõſ.cccxxii. Andr.ſiculus in cap. eccleſia ſanctę Marię de conſtit. vbi di-

3 cit hoc eſſe not.ad infringẽdos multos contractus † & ideo caueant tabelliones quia cum tale iuramentum nihil operetur, non debet aliquo pacto interponi iuxta vulg.l.hec ſtipulatio.§.diuus.ff.vt leg.no.cau. ſicut etiam videmus in ſimili quod iudex non debet admittere aliquem ad id probãdum quod probatum non releuat vt eſt glo. ſecundum Bal. ſing.in cap cum contingat, de officio deleg. not. docto.in c. primo vt lite non conteſtata . Fede.de ſenis in conſi. cxlvij. Abbas poſt alios in cap. ad id.de ſponſa.alias interponendo tale iuramentum poterunt de facili ad intereſſe teneri, ratione male adminiſtrati officii, & tenebuntur in foro cõſcientiæ,cum ſint in dolo vel lata culpa,quæ dolo equiparatur.l.quod nerua.ff.depo.& ita inquit ſing.Innoc.in cap.ſicut dignum de homicid.

CAP. LXXVIII.

SVMMARIVM.

Notarios non cõſtituentes differentiam inter iſta verba, ſpectabi.d.iudex aſſignauit terminum trium dierũ. uel hinc ad tres dies in periculum incidere.

1 ☞ *Diem termini in termino non computari.*

Verba

2 *Verba abſoluta intelligi dēre in ſuo potentiſſimo eſſe.*
3 *Diem termini in termino computari ubi reperitur dictio hinc vel ſimilis.*
4 *Dilationes odioſas fore.*
5 *Dies feriatos & non feriatos in termino computari.*
6 *Lites criminibus materiam creare.*

1 ANIMO Notariorum inhæreat † per quam maximam differētiam eſſe in aſsignationibus terminorũ inter iſtà verba aſsignauit terminum triũ dierum, vel hinc ad tres dies, quia primo caſu dies termini nõ cõputatur in termino.l.j.ff.ſi quis caut.l.eum qui callendis. ff. de verb. obli.
2 † eaq; eſt ratio ſecundum Iac.de But.in tract.ſuo de terminis poſito in d. l.j. quia verbum abſolute poſitum debet intelligi in ſuo potentiſsimo eſſe & toto in integrali.l.j.ff.ſi ag. vectig.vel emph.pe.l.j.§.in ſententiis.ff.quando appel.ſit. c. vlt.de ſent.excomm.l.ſine.§.qui interrogatus & l. ſi defenſor.§.ſi rogatus.ff.de interrog.act.l.ſi iram in princi.ff. de rei vẽdi.ſed iſta verba aſsignauit terminum x. dierum ſunt abſolute poſita; ergo ſunt interpretanda in ſuo potentiſsimo eſſe & toto iutegrali vt.ſ.dies dati termini non computetur
3 in termino † ſecundo vero caſu ab hora & die datæ dilationis incipit terminus & dies termini computatur in termino quaſi hoc ſit à iudice expreſſum. d.l. eum qui calendis & ita dicit commu.ſeruari Iac.de but.in loco præal. adducens l.j.ff.de cenſi.& ampliando hoc etiam habere locum vbicũq; reperitur iſta præpoſitio a.c.licet cauſam de proba. c.ad audientiam de præſumpt.c. Abbas. §.nos igitur de ver. ſig. c. ſi Chriſtus de iureiur.c.ab hac luce.xxv.q.vj.item vbicunque reperitur appoſita præpoſitio,ex, l.fi. C.de dolo.l.j.in prin.
4 de in integ.reſt. & ideo cauti ſint tabelliones † maxime quia dilationes ſunt odioſæ.& ideo eius materia eſt amputanda. l.j.C.de dilat.l.ij.C.de temp.appell.iuncta l.cum quidam.ff. de libe.& poſthu.l.iij.ff.de mino.l.in vſucapione.ff.de diuer. & tem-

& tempo.præſcrip. l.cum hi.§.qui tranſigunt ff.de tranſact.
5 † eaq́; poteſt eſſe ratio quia non ſubuenitur ei qui tempore vel loco modo aliquo ſe aſtrinxit.l.ſi fideiuſſor.§.neceſſarie. ff.qui ſatiſd.cog.l.ij.ff.ſi quis cau.l.ſed & ſi per pretorem.§ ſi
6 forte.ff.ex qui.cau.maio.† vel ea quia alias lites efficerentur immortales & materiam criminibus producerent. l. properandum.C.de iudic.c.cordi de appel.lib.vj.l.nonnulli de reſcript.cap.finem litibus de dolo & contu.l.j.§. poſt operis.ff. de noui oper. nunt.

CAP. LXXIX.

SVMMARIVM.

Notarios ad notariatus officium eligentes aliquos ſine matura examinatione, in tenebris eſſe.

1 ☞ *Notarium aliquem dici non poße niſi in eo repe riantur requiſita in notarijs.*

2 *Vnumquenque præſumi ignorantem.*

3 *Doctorem creatum corruptis doctoribus, doctorem non dici.*

4 *Doctorem non habentem libros ſuæ profeßionis, doctorem non dici.*

5 *Nullam ætatem ſeram eſſe ad diſcendum:*

TABELLIONVM menti hereat quòd ſi aliquem ad notariatus officium ſine matura examinatione elegerint, illum notarius non dicit. l. nemo.C.de aduo.diu.iud.vbi eſt caſus non ne-
1 gligendus † eaq́; eſt ratio, quia aliquis non poteſt notarius dici niſi in eo debitę ſolēnitates reperiantur, quòd quidem ex ipſa examinatione cognoſcetur, vt inquit Dominicus in
2 c.multi.xl.diſt.maxime † quia vnuſquiſq; præſumitur ignorans.

rans.Ang.in l.nullus.C.de fabri.lib.xj.in l.j.C.de nil.age.nõ rump.Io Andr.in c.quicunque de hære.lib.6. habetur in l.j. C.de deſc.lib.xj.quia cum ſemel vnuſquiſq; ignorans fuerit adhuc ignorãs præſumitur, quia quòd ſemel eſt ſemper durare præſumitur.l.ſancimus.C.de teſta.c.maiores de baptiſmo,& ideo dicebat Bald.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib.quòd ſemel inimicus ſemper durare præſumitur,niſi contrarium probetur,vt habetur in l.iij C.fam.hercií.in l.iij.ff.de adim. lega.in l.ſi cui in §.eidem. ff. de accuſat. & ideo nimirum eſt ſi notarij nomen non meretur, quia præſumitur corrupti, quo caſu nihil valere debet electio,vt inquit Arch.in cap.de
3 quibuſdam.38.diſt. vbi dixit † quòd promotus ad doctoratum non debet gaudere doctoratus priuilegio per l.j.C.de athle.lib.x.facit quòd voluit glo.in l.j.C.de anno.ciui.lib.xj. & philoſophus in primo topi. Bald.in c.j. in titu. quomodo miles inueſt.vbi exclamat contra doctores indoctos ſedentes catedram quæ non ſeditur ſed incubatur.d.c.multi.l.mi
4 nus inſtructus.C.de acqui.poſſ. † voluit Nicolaus de Neap. in l.ſed reprobari.ff.de exc.tut.in d.l.j.C.de athle.vbi inquit doctorem non habentem libros ſuæ profeſsionis,doctorem appellari non poſſe,tex.in c.quæ ipſis.38.diſtinct. vbi inquit Aug. ſacerdotem non habentem ſacerdotales libros ſacerdotem non eſſe.facit quod voluit Ang.in l.j.in §.pueritiam. ff.de poſtu.caueãt igitur notarij ne errent,quia inquit Aug. in c.quamuis.38.diſt. quod quando poſſumus errare caute
5 procedendum eſt † ſciantque adhuc tabelliones quod talis matura examinatio non erit remittenda etiam ſeni, quia ſi ignoratus erit adiſcere poterit,nec ei opprobrium erit.c.fin. 38.diſtin.& ideo dicebat Aug.ego ſenex & epiſcopus a puero nondum anniculo paratus ſum edoceri.c.ſi habes. xxiiij. q.iij.quia aliàs ſtultus eſſet qui bona diſcere contemneret.c. de conſtantinopolitanæ.22.diſtin. vnde dicebat Iulianus in l.apud.ff.de fideicom.lib. & ſi pedé in fouea haberem adhuc diſcere vellem, quia vt inquit Seneca nulla ætas ſera eſt ad diſcendum, vnde ſæpe minori reuelatur, quod maiori abſconditum eſt.cap.eſto.95.diſtinct. cap.potentiores de officio rectoris.

CAP. LXXX.

SVMMARIVM.

Notarios ponentes inconſulte verba geminata in inſtrumentis alyſue actibus, inſipiētes et ignorātes fore.

1 ☞ *Verba geminata inducere expreßam voluntatem diſponentis.*

2 *Dictionem quandocūq; additā dictioni toties quoties, plus operari q̄ dictionem toties quoties ſimpliciter.*

3 *Tria verba geminata plus operari quam duo.*

4 *Geminatam interlocutoriam reuocari non poße.*

5 *Naturalē obligationem geminatā effectū producere.*

6 *Verba enunciatiua geminata effectum introducere.*

7 *Clauſulas geminatas magnas habere virtutes.*

1 NOTARIORVM menti ſedeat† verba geminata in inſtrumentis aliisve actibus nō eſſe inconſulte ponenda, quia vltra quod arguant expreſſam cōtrahentiū deliberationem iuxta l. baliſta. ff. ad treb. c. ſi Chriſtus de iureiur. plu-
2 rimum & adhuc operantur† quia videmus ꝙ cum quis promittit aliquē pn̄tare toties quoties opus fuerit intelligitur vſq; ad ſententiā, licet ab ea fuerit appellatum. l. grece. §. poſt litē. ff. de excu. tut. ſecus autem eſt ſi fuerit addita dictio qn̄cunque, dicendo toties quoties & quandocunq; quia intelligitur etiam poſt ſentētiam ſi ab ea fuerit appellatum gl. in verb. quibuſcūq; in cle. j. de iud. eaq; pōt aſsignari ratio quia
3 iſto ſecundo caſu † triplicatus actus magis operatur quā binus cum in eo videatur maior deliberatio, vt probat textus ſingul. in §. hoc de deo in auctē. quomodo opor. epiſ. ordi.
4 †præterea videmus quòd geminata interlocutoria reuocari non poteſt glo. peregrina in clem. ſi. in verb. ſuper ea de ap-
5 pell. †item videmus geminatā naturalem obligationem habere

bere effectum efficacem, vt habetur in §. de conſtituta, inſti. de ac. in l. fi. C. de fal. & ibi Bal. & in l. antique. C. ad vellei. in l. eum qui. ff. de conſt. pecu. eaq; eſt ratio, quia geminata con feſsio operatur confeſsionem pacti veſtiti. l. cum ſcimus, iun
6 cta glo. C. de agri. & cenſ. lib. xj. † præterea videmus ꝙ verba etiam enunciatiua geminata operantur effectum perinde ac ſi eſſent verba diſpoſitiua, caſus eſt ſingu. in l. j. C. plus peti. voluit Abb. in c. cum dilectus, in fin. de ſucceſ. ab inteſt.
7 c. per tuas, in repe. de arbitris † rurſus videmus ꝙ clauſula geminata habet magnas virtutes, primò habet vim clauſulæ certa ſcientia c. ſi quando iuncta glo. de reſcript. gloſ. in c. j. de conſtit. lib. 6. in c. reſcripta. xxv. q. ij. ſecundo habet vim clauſulæ non obſtante. But. in c. j. in 4. col. de reſcript. tertiò habet vim clauſulæ motu proprio. Bal. in l. nec damnoſa. C. de preci. impe. off. quem extollit Ludo. Roma. in l. ſi vero. §. de viro in xxxj. fall. ff. ſol. mat. Alexan. in l. iij. in prin. ff. quod quiſq; iur. inſuper adducens in c. porrecta, de confir. vti. vel inuti. & plenè de prædictis habetur per Anto. corſe. in tract. de verbis geminatis poſitò inter tractatum de poteſtate regia, vbi tanquam in vno faſciculo virtutes verborum geminatorum colligatæ ſunt, & ideo videas per eum.

CAP. LXXXI.

SVMMARIVM.

Notarios credentes clauſulam de qua in infinitum trahi non recte ſentire.

1 ☞ *Generalis remiſſio non trahitur ad incognita.*
2 *Verba generalia ſunt obſcura.*
3 *Interpretatio eſt facienda contra eum in cuius fauorem quæſtio facta eſt.*
4 *Suum vniuſcuinſq; eſt beneficium ſuum interpretari.*

K Non

5 *non eſt præſumendum quempiam velle ſuum perdere.*
6 *Generalitas reſtringi debet.*

MEMORIA Teneant tabelliones quod illa clauſula appoſita in inſtrumentis, quod quis facit quietationem de omni eo quod peti poſſet vſque in preſentem diem, refertur ad illud tantum de quo fuit cogitatum ſeu litigatũ, & erat lis ſeu quęſtio inter partes Bar. in l Aurelius.§.Caio.ff.de lib.leg, & in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact.Imol.l.de pupillo.§.in pluribus. ff.de noui ope.nunt.Bar.& Ang.in l.qui Romæ in §.duo fra
1 tres.ff.de ver.obl.ea autem eſt ratio,quia † generalis etiam remiſsio non trahitur ad incognita.l.ſi de certa,& ibi no.C.de tranſac.l.qui cum veteribus,& l.tres fratres.ff.eod.tit. l.ſi ex pluribus.ff.de ſolu.l.cum aquiliana.ff.de tranſac. l.in lege.ff.
2 de contrah.empt.& quia etiam † illa verba generalia ſunt obſcura.l.prætor.ff.de iniu.l.Titiæ textores.ff.de leg.ij.l.j.ff.de iure fiſci.l.in tradendis.ff.commun.prædi.l.domum.ff.de rei vendica.l.claram.ff.de cõfeſ.l.de ætate.§.nihil intereſt.ff.de inter.actio.l.forma.ff.de cenſi.verba autem ambigua ſunt interpretanda ſecundum mentem loquentis. l.in ambiguis. ff.de reb.dub.l.nepos Proculo.ff.de ver.ſig.l.ſi quis a filio.§.ſi quis
3 plures.ff.de leg.j.quod non ab re eſt † cũ interpretatio ſit facienda cõtra eum in cuius fauorem quietatio facta eſt quaſi ſibi imputet,quia expreſsius pactus non fuit.no.in l. ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.l.ſemper. l. in obſcuris. ff. de regu.iur.l.ſi in emptione.ff.de contrah.empt. l.quoties.ff.de
4 reb.dub.l.veteribus.ff.de pact.eius †eſt enim ſuum interpretari officium.l.Neratius.ff.de reg.iu.l.fi.C.de leg.l.ex facto. ff.de vulg.l.omnis.C.de ſacroſ.eccl.no.in l.dilecti, de dona. & in c.priuilegia de reg.iur.in 6.immo ſi non exprimat accipienda eſt remiſsio.l.ij.ff.ſi quis cauti.l.lecta.ff.ſi cer.pet.l. vtrum,& l.fi.ff.de eo quod cer.loc. alioquin ſi contrariũ diceremus,præſumeremus donationem, quod non eſt dicen-
5 dum † quod aliquis voluerit perdere ſuum contra.l.cum de indebito.ff.de prob.not in l.cum quid.ff.ſi cer.pet.l.in oi.ff.de iur.& fact.ign.l.ſed ſi me putem.ff.de cond. indeb. maxime

quia

quia intereſt reipu.ne quis re ſua male vtatur.§.fi. inſtit. de his quæ ſunt ſui vel ali.iur.l.j.§.an ſumus.ff.de vent. inſpi. l.
6 ſuper ſtatu.C.de queſtio.l.j.ff.de mino.& ideo † regulariter reſtringi dēt.l.iubemus,C.ad vellei.l.licet.C.de iud.l.ſi cum dies.§.plenū.ff.de arbitr.l.te.§.idem rńdit.ff.de condi.ind.l. emptor.§.Lucius.ff.de pact.l.Pau.Calimaco.§.Pomponius. ff.de leg.iij.l.de his.ff.de trāſac.l.cum pater §. heredem. ff. de leg.ij.l.fi.§.idem quæſiuit.ff.de condi.indeb.

CAP. LXXXII.

SVMMARIVM.

Notarios ignorantes vim clauſulæ (rato manente pacto) & eam in inſtrumentis apponentes errare.

1 ☞ *Ob clauſulam (rato manente pacto) & rem & pœnam peti poſſe.*

2 *Accipiens ſimpliciter ſortē pœnæ renunciare videtur.*

3 *Clauſula (rato manente pacto) videtur appoſita in odium contrafacientis.*

4 *Vbi reperitur appoſita clauſula (rato manente pacto) non contrafaciens poteſt recedere a contractu.*

5 *Clauſula (rato manente pacto) in compromiſſis locum non habere.*

6 *Iuramentum ſuper contractu appoſitum habet naturam talis clauſulæ.*

A NOTARIIS Alienū nō ſit iſtā clauſulā, rato manente pacto, de qua in l.qui fidē.ff.de tranſac.in l.cū proponas.C.eod.imprimis hoc
1 operari † quod non ſolum ſors verum etiam pœna peti poterit, nec per vnum alteri dero-

 gatur.

gatur.d.l.qui fidem,quòd ea ratione eſt,quia per appoſitionem iſtius clauſulæ hoc videtur actum vt pœna non ſuccedat loco rei,que aliàs proculdubio ſuccederet. Bar.in d.l.qui
2 fidem,& Bart.in d.l.cum proponas, † rurſus & ſecundo dicta clauſula rato manente pacto hoc operatur vt licet quis ſimpliciter accipiendo ſortem videatur renunciare pœnæ non habita proteſtatione.l.fin.ff.de eo quod cer.loc. l.ij.ff. ſi quis cau.l.iiij.C.depoſi. tamen ſi inſtrumento reperitur appoſita huiuſcemodi clauſula ſecus eſt.gloſ. in l.fina ff. de eo
3 quod certo loc.& ibi Bar.† tertio iſta clauſula rato manente pacto operatur in fauorem ſeruantis contrarium, quia videtur appoſita in odium eius qui contrauenit. gloſ.in c. potuit,in verſ.biennium.& ibi Io.de Imol.de loca.& conduct.
4 & glo.in d.l.qui fidem.& facit l.ij.C. de iure emphi.† ex quo apparet quòd ſi dominus apponit penam ſi emphiteota nõ ſoluit canonem appoſita clauſula rato manẽte pacto, quod tunc ſi non ſoluatur penſio poteſt dominus exigere penam & ſtare vel non ſtare contractui,prout ſibi libet dictam clauſulam, ex quo contractus ſeruatus non fuit,c.ex eo,de regu. iur.in vj.Bar.in l.cum patre.in §.liberi.ff.de lega.ij. Specu.in titu.de locat.in §.iterum aliqua.c.ſi eccleſia.xxv.q.ij. c.cum dilecti.de arbitr. Docto. in d.l.qui fidem, in l.ſcriptum in §.
5 pacto.ff.de pact.† & ſciant tabelliones, prout in allega.l.cum proponas huiuſcemodi clauſulam rato remanente pacto appoſitam in compromiſsis locum nõ habere vt res ſcilicet & pœna peti poſsit, vel quod pœna petatur, & exceptio detur ſed bene hoc operatur vt pœna ſępius committatur,& ſic limitatur diſpoſitio d.l.qui fidem & d. l.cũ proponas, de qua limitatione habetur per Specu.in tit.de arbitr.in § ſi. verſic. iterum dixi, & verſicu. iterum quid ſi in compromiſſo.

6 † Sciant adhuc tabelliones iuramẽtum appoſitum ſuper contractibus habere naturam iſtius clauſulæ rato manente pacto.l.ſi quis maior,& ibi per Bald.C.de tranſact.per eundem Bal.in d.l.cum proponas, & ibi etiam per Bar.ad quod facit id quod habetur in ſimili in l.cum pater in §.filius matrem.ff.de lega.ij.

CAP.

C A P. LXXXIII.

S V M M A R I V M.

Notarios codicillaris clauſulæ uires ignorantes & eas in codicillis apponentes in caligine morari.

1 *☞ Clauſula codicillaris in teſtamento non ſolemni appoſita infirmat legata in ſolemni relicta.*

2 *Codicillaris clauſula hæreditate non addita non modicum effectum producit.*

3 *Clauſulam codicillarem in teſtamento minus ſolemni appoſitam plurimum operari.*

4 *Teſtamento rupto ex cauſa præteritionis clauſuam codicillarem ſortiri effectum.*

5 *Teſtamento per teſtatorem reuocato talem clauſulã nil operari.*

6 *Clauſula uolo teſtamentum meum haberi pro legitimo idem operari.*

PRO comperto habeant tabelliones clauſulã
1 codicillarem habere varios no. effectus † in-
primis nanq; annullat omnia legata appoſita
in primo teſtamento quamuis ſecundum ſit
nullum.l.ſi. C.de fideicom.l.plane.ff.de lega.i.
l.ſi transferta. ff. de adimen. lega.quod ex eo eſt, quia lega-
ta relicta in teſtõ ſolemni poſſunt in codicillis reuocari.l.iij.
in ſi.ff.de adimend.lega. & inſtituta.eod. per totum, ꝙ ſecus
eſt ſi dicta clauſula appoſita nõ fuiſſet.l.ſi iure. ff. de leg. iij.l.
poſthumus.§.ſi paganus.ff.de iniuſt.teſtam.no.in l.milites in
§.veterani.ff.de mili.teſtamẽto & in allegata.l. plane.l. ſi ita
2 ſcriptum.ff.de leg.i. † Secũdo iſta clauſula nõ modicũ ſor-

titur effectum vbi hæreditas addita non eſſet. l. eum quem. C. de fideicomm.l. qui autem ff. ſi quis omiſ.cau.teſt.idem ſi hęres ſit incapax.d.l. eum quem ſecundum vnam lecturã ſecus ſi teſtamentum eſſet nullum ratione defectus teſtantis,quia tunc nihil operaretur.l.conficiuntur.§.diui.ff.de iu.
3 codi.l.ij.ff.de leg.i. † Tertio dicta clauſula ſuũ ſortitur effectum vbi teſtamentum deficit ratione ſolemnitatis omiſſę.l.codicillis.§.fi.ff.de leg. ij.l.his verbis. ff. de teſt. auct. ex cauſa.C. de lib.præteri.ſecus ſi teſtamentum deficeret ratione ſuperfluę voluntatis,vt not.in l. hac conſultiſsima. in §. ex imperfecto.C.de teſt.& in l.fin.C.fami.herciſ.l. fideicõ-
4 miſſa.ff.de legat.iij.l.ex ea ſcriptura.ff.de conſti. † Quarto prædicta clauſula habet locum ſi teſtamentum deficiat ratione præteritionis vel exhęredationis Barto.in conſ.incipiente.d.Iacobus: & eſt tex. ſecundum vnam lecturam in l.ſi patroni.ff.ad trebel. facit quod habetur in l.ex teſtamento.C.de fidei.& in l.ſi quis cum nullum. ff. eo. per Barto. in conſi. incipiente Lapus fecit teſtamentum, & in l.i. C. de iur.codi.ſecus ſi rumpatur agnatione poſthumi, quia tunc nihil operatur niſi fuerit dictum ſi non valet vel valebit Bart.in d.l.i.ff.de iur. codi.& in l.cum ſtipulatur.ff. de verb.
5 obli. † & talis clauſula nil operatur eciam vbicunque teſtamentum eſſet irritum per teſtatorem nam eſt intelligenda ſi teſtamentum iure teſtamenti nõ valet aliter quam per reuocationem teſtatoris Bart.in l.i.ff.de iur. cod. ſecus ſi deficiat ex aliqua de prædictis cauſis quia videntur grauati venientes ab inteſtato.l.ex teſtamento.C.de fideicom.gloſ.in l.quia autem.ff. ſi quis omiſ.cau.teſta.l. ſi quis cum nullum.
6 l. conficiuntur. ff. de iur.codi. † Sciant tamen tabelliones quod illa clauſula volo teſtamentum meum haberi pro legitimo, idem operatur quod clauſula cõdicillaris.Imo.in l.codicillis.§.fin.de lega. ſecundo. habetur in l. quærebatur. ff.de milit. teſtamento, & in d. auctên.ex cauſa. habetur in l.Scęuola.ff.ad trebel.Bal.in l.cum pater.§. filius matrem.ff. de leg.ij Sciant etiam ꝙ illa clauſula appoſita in teſtamẽtis ſi non valet iure teſtamenti,valeat iure codicillorũ,et ſi non iure codicillorum, valeat iure cuiuſlibet alterius vl-

timæ

timę uoluntatis,operatur hoc quod valent iure imperfectæ voluntatis inter liberos ſecundum Bart.in d.l.i.ff.de iur.codic.l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta.l. fin. C. famil.herciſcundę.

CAP. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios credentes generalem clauſulam non obſtante trahi ad cōſtitutionē iuratā nō rectæ opinionis fore.

1 *Clauſula non obſtantibus quibuscunque ſtatutis priuilegijs & conſuetudinibus non trahitur ad conſtitutionem iuratam.*

2 *Pacta uel capitula iurata non tolluntur per generalē clauſulam,non obſtantibus pactis uel capitulis.*

3 *Quæ clauſula generalis non trahitur ad priuilegia in corpore iuris incluſa.*

4 *Nec etiā trahitū ad priuilegia quæ tranſeāt in cōtractū remuneratoriū vel q̄ alias sūt cōceſſa rōne piæ cāæ.*

1 NOTARIIS Innoteſcat ꝙ † illa clauſula, non obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis priuilegiis atq; conſuetudinibus,non trahitur ad cōſtitutionem iuratā gloſſ.in c.nō deceat de priuil.in vi.not.in c.cū dilectus de iur. patr. per not.in c. ſignificauit de præbend.not.in c. literas de reſcrip. & in capitu. ex mutiplici de decim. Petrus de Ancliara. in conſi. xx. incipiente quæſtio talis eſt Dominus Papa & habetur in deciſionibus Rotæ deciſio.ccxcviij. gloſſ. tradit in
2 ſimili in clement. dudum in verſi.pacta de ſepul. † quæ dicit quod pacta vel capitula iurata non tolluntur per generalem clauſulam, non obſtantibus pactis vel capitulis, &

ibidem hoc affirmat Ioan.de Imol.& Lupns in c. i. de conſtit.in vi.& patet ex iij.deciſione Rotæ.tradit Alber. de roſat. in q̄ſtionibus ſtatutorum in ea quæ incipit, ſtatuto alicuius ciuitatis ſic cauetur. † Item etiam talis clauſula ge
3 neralis non trahitur ad priuilegia in corpore iuris incluſa. Cyn.in l.i.C.quando iud.inter pupil. & vid. Bal.in l. humanum.C.de legi.Archid.in c.i. de conſtit. in vi.Fed. de Senis in conſi.ccxxvj.glo.in l.ij.§.legatis.ff.de iud. & in auct. qua in prouincia.C.vbi de cri.agi.op.l. quod dictum. ff. de pact.
4 † Item non trahitur ad priuilegia que tranſeant in contractum remuneratorium vel alias ſunt conceſſa fauore pię cauſæ.l.ſi pr.§.ſi quis iuncta.ff.de dona.habet in c. veniēs & in c.i.de reſcrip.p not.in c.monuit de iud.p Ioā. And.in additionibus Specul.in tit.de cēſib.in additione q̄ eſt in §.nūc, Bar.in l.oēs populi.ff.de iuſt.& iur.in l.q ſemel, de decre.ab ordi. fac. Bal.in l.qui ſe patris.C.vnd.lib. c.cum olim de re iud.c.ij.de decim.in vi.Archid.in c.ei, de præben.in vi.

CAP. LXXXV.

SVMMARIVM.

Notarios credere non debere clauſulam, nulla exceptione obſtante, ad rationabiles exceptiones trahi.

1 *☞ Rationabiles exceptiones in clauſula nulla exceptione obſtante, non comprehendi.*

2 *Clauſulā (nulla appellatione obſtante) nō tollere niſi friuolas appellationes.*

3 *Dilatorias exceptiones per antedictā clauſulā tolli.*

4 *Peremptorias exceptiones in generali clauſula non contineri.*

5 *Limitatio ad idem notabilis.*

6 *Clauſulam ex certa ſcientia plurimum operari.*

Ex

7 *Ex clauſula motu proprio præſupponendum eſſe principem uti plenitudine poteſtatis.*

NON Sit alienū a tabellionibus quod illa clauſula (nulla exceptione obſtāte) de qua p Bar. in l.i.in §.fi.ff.a quib.app.non li.in l.i.§.fi.ꝙ viaut clam per Cano. in c. ex parte de offi.de-
1 leg.& in c.ſi quando, de reſcrip. † non excludit rationabiles exceptiones ita glo.d. c. ex parte & ibi Ioā. and.gl.in c.paſtoralis,de offi.dele.in l.ij.§. merito. §.neq̄d a principe. ff.neq̄d in lo.pub.& ideo dicebat Bal.in l.i.ff. de of
2 fi.præfec.pretor. † ꝙ illa clauſula appellatione remota de qua in l.j.§.fi.ff.quib.app.nō licet,per cano.in c.ſuper paſtoralis, & in c.ſi vero duo, de offi.dele.per Saly.Bar. & Ange. C.de ſent.& interlo.omn. iud.l.fi.non tollit niſi friuolas ap
3 pellationes † & ideo in caſu noſtro dici poteſt, ꝙ per dictam clauſulam tales dilatorię exceptiones ſint excluſę nō autē peremptorię,quæ magni ſunt præiudicii not.in l. quotiens. C.de precib.impe.offer. Hoſtien.in tit.de offi.delega.in §.ꝙ
4 ſit eius officium.no.in l.reſcripta.C.ſi cōtra ius † & hoc ex eo ſuadetur quia tales exceptiones peremptoriæ non intelliguntur incluſæ in aliqua clauſula generali niſi apponatur
5 cauſa cōcernens.Cyn.in d.l. reſcripta & in d. l. fi.C.eo.† & hoc indiſtincte verum eſt niſi poſt dictā clauſulā ſubiungatē clauſula. nō obſtante aliquo iure in contrariū faciente vel clauſula ex certa ſcientia.Antonius de Bur.in c.i.de reſcr ip. & in d.c.ex parte, per Bal.in l.fi.C.de ſent. quæ reſcin. non
6 poſſ. & ſuadetur ratione, quia † clauſula ex certa ſcietia plūrimum operatur,præſupponit enim cauſæ cognitionem ſuper facto fuiſſe a principe præmiſſam.c.i.de elec.l.i.C.ſi ſeruus aut liber. Inn.in c.veniens de fil.præsb.not.in c. ex ratione de etat.& quali.& ideo cū præſumatur præmiſſa cau-
7 ſę cognitio hoc operatur † quòd ſcilicet dato ꝙ aliàs nō prę ſumatur uti plenitudine poteſtatis tamen ſecus eſt ſi dicta clauſula fuerit appoſita Bal.in c.i.per quos fiat inueſt. Cyn. in l. ne quicquam in §.vbi decretū.ff.de offic. procō. Imo. in l.quidam cenſuleb.ut.de re iud.

CAP.

CAP. LXXVI.

SVMMARIVM.

Notarios ignorare nõ dẽre uim clauſulæ nõ ui nec metu.

1 ☞ *Quinque fore genera uiolentiarum.*

2 *Ex violentia turbatiua publicam accuſationem perditam non eſſe.*

3 *Metum fore cauſam inſtantis & futuri periculi,*

4 *Metus duas eſſe ſpecies.*

5 *Rerum metum probabilem dici,*

6 *Metũ paſſo ſubueniendũ an ſit iudex diſcernere debet.*

CLARVM Sit tabellionibus apponẽtibus in inſtrumẽtis illã clauſulam, non vi nec metu, duo capita cõcernere alterum de vi alterũ vero de metu, & quo ad primũ ſciant ex mente
1 Bar.poſt gl.in l.extat.ff.ꝙ met.cauſa † quinq; eſſe genera violentiarũ. Quędã eſt.n. violentia expulſiua q̃ nõ habet expulſi conſenſum de qua per totum titulũ.ff.de
2 vi & vi arma.† Quædã eſt turbatiua quæ habet locũ tam in re mobili quã in immobili toto tit.vti poſsidetis & ex hac non eſt ꝑdita aliqua publica accuſatio.l.ſi ſeruus.ff.de act.& obli.l. hoc iure,& ibi ꝑ Iac.de Aren.ff.de reg.iur.ſed eſt ꝑdita actio iniuriarũ vel accuſatio iniuriarũ quę eſt priuata.l. ſane.ff.de iur.iur.late ꝑ Bal.in quęſtione quã diſputauit incipiẽte.accuſatus de vi turbatiua.Quędã eſt violẽtia quę vocat̃ inquietatiua vt qñ tu edificas in meo vel aliquid aliud facis.mihi.n.cõpetit interdictũ ꝙ vi aut clam de quo in l. metũ.§.ij.ff. ꝙ met causa.Alia eſt quę vocat̃ ablatiua, quę locũ habet in rebus mobilibus de qua in tit. de vi bo. rap.& ad l. iul.de vi.Alia vero eſt quæ vocat̃ compulſiua quãdo aliquis
3 cogit̃ cõſentire de qua in ti. ꝙ me. cauſ. † Sciant etiam, ꝙ metus eſt inſtãtis vel futuri periculi cauſa metus trepidatio ſecundũ Hoſt. in ſumma ſua in tit. ꝙ metus. in ver.quid ſit

me-

metus de qua in l.j.ff.ꝙ me. cauſa.ꝓ Bar.in l.metũ.eod.titu. Bal.in l.his qui.C.de his qui ꝓ met.iud.nõ appel. Inno.in c.
4 dudũ de reb. ecclеſ.nõ alien.in c.in cauſis. de elect. † Metus autẽ duę ſunt ſpecies.Quidã nãq; eſt probabilis quidã vero improbabilis ſecundũ Azonẽ in ſumma eo.tit.ꝓbabilis metus eſt carceris & ſtatus mortis cruciatus corporis ſtupri.tales.n.metus cadũt in virũ cõſtãtem.l.iſti quidẽ.ff.ꝙ met. cau ſa.cũ l.interpoſitus C.de tranſact.l.pen.& l.fi.C.ꝙ met.cã.l. nec timere.ff.eo.c.conuenio.xxiiij.q. viij. Item metus iudicis.ij.q.j.c.imprimis.d.l.pe.& fi.Itẽ metus honorandę liber-
5 tatis.l.1.§.quę honorãdę.ff.quarũ rerũ act.nõ det.† Item metus rerũ ꝓbabilis eſt.Abbas ꝙ met.cauſa.l.ꝓpter litem.ff.de excu.tut.Itẽ metus excommunicationis,nam cõtinet corporis & aię detrimentũ c.de manifeſta.ij.q.i.c.nemo.xi. q.iij.licet Odofre.contra ſẽſerit.l.ſi mulier.ff.ꝙ met.cã.licet Hoſt. ibidẽ hoc nõ audeat aſſerere per c.bonę de ęta.& qua.c. pa-
6 ſtoralis, de appella. † in his omnibus an ſit ſubueniendum metũ paſſo,iudex ſecundũ ꝑſonam loca, & tempora qualitatem facti, & cauſam diſcernet.l.iij.ff.ex qui.cauſis maio.l.iij. ff.ꝙ me.cã.l.in fundo.l.metũ.& ibi Bal.ff. eod.tit.c.fi.de trãſact.l.item apud.ff.de iur.iur.in c.Abbas & in c.dilecti,quod met.cauſa.Inno.in c.cum nobis de electio.Angel.in l.interpoſitas.C.de tranſac.

CAP. LXXXII.

SVMMARIVM.

Notarios conſcios eſſe oportet quòd ui uel metu facta exceptione irritantur.

1 ☞ *Ea quæ fiunt ui aut metu per exceptionem regulariter irritantur.*

2 *Exceptio ad ſupradictam regulam.*

3 *Dictam regulam procedere vbi quis inducitur ui aut metu ad male agendum.*

4 *Actus ui uel metu ad bonũ tẽdẽte factus nõ reſcindit.*

INNO-

1 INNOTESCAT tabellionibus ꝙ † ſecun dũ Hoſtienſem in ſumma ea quæ fiunt vi aut metu per exceptionem regulariter irritantur c. Abbas. ꝙ metu cauſa. l. metum §. ſed ꝙ prætor. ff. eo. l. ſi mulier. §. ſi metu. c. merito. xv. q.
2 j. † Excipiũtur tamen nouem caſus in quibus ꝙ vi aut metu actum eſt ipſo iure non valet. Primus eſt, in matrimoniis quæ debent eſſe libera. c. cũ bonis & c. veniens, de ſponſ. c. indignatur. xxxiij. q. vij. Secundus in promiſsione dotis. l. ſi mulier. §. dos. ff. quod me. cau. Tertius eſt in alienatione rei eccleſię. xv. q. vi. c. ij. de iur. c. p̄sbiterorũ. de reb. eccl. nõ alie. Quartus, in iuriſdictione proganda c. ſi diligenti. de for. comp. Quintus, in voto. c. fi. de voto. c. i. quòd met. cau. c. non eſt. xv. q. i. Sextus eſt in auctoritate tutoris. l. fi. ff. de auc. tut. Septimus in teſtamento. l. qui teſtamenta. §. fi. de teſt. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. Octauus in ſententię pronunciatione. capitulo iniuſtum. xi. q. iiij. Nonus
3 eſt & vltimus in conſtitucione procuratoris † & prędicta p̄cedunt vbicunq; quis inducitur dolo vel metu ad male agẽdum, ſecus ſi ad bene capit. pen. quòd met. cau. Hoſt. in titu. de conuerſ. coniugator. in §. & utrum, quod ſi quis fuit vi vel metu impulſus ut religionem intraret non põteſt ipſam egredi. c. veniens & c. dudum de conuerſ. coniugatorũ. Idem ſi ex falſa cauſa capit. ex parte. ij. extra eo. titu. quod ea ratione eſt, quia uis, metus, vel dolus quando tendunt ad bonum, actum non reſcindunt. d. cap. penul. l. i. §. nõ fuit de dol. capitulo diſciplina. xlv. diſtin. vbi patet quòd ad bonum iam ſuſceptum quis cogendus eſt ſecus ſi ad bonum ſuſcipiendũm capitulo qui ſincera, & capitu. iudęis quadrageſima diſtinctio. Deus enim ſpernit coacta ſeruitia. Vnde Apoſtolus ad corinth. vnuſquiſque pro vt in corde deſtinauerit hilarem ſe datorem diligit Deus, & ibidem, ſi ex neceſsitate euangelizauero non vt mihi gloria ſin autem volens habeo mercedem apud Deum, ſecus tamen eſt in contractibus cap. cum dilecti. de contrahenda emp.

CAP. LXXXVIIII.

SVMMARIVM.

Notarios in inſtrumentis apponentes verba ſuperflua ignaros eſſe.

1 ☞ *Verba ſuperflua quæ ſunt contra naturam actus vitiant.*

2 *Expreſſionem cauſæ in libello ſententia et teſtis depoſitione non eſſe neceſſariam.*

3 *Plus nocere ineptã loquacitatem quã taciturnitatẽ.*

4 *In renunciationibus verba ſuperflua apponi.*

5 *Renunciationem veleiano neceſſariam non fore vbi mulier nomine proprio contrahit.*

6 *Dominum directi ciuilem habere poſſeſſionem.*

7 *Pupillarem ſubſtitutionem in extraneis et maioribus locum non habere.*

LIQVIDO Conſtet tabellionibus ꝙ ipſi in
ſuis inſtrumẽtis multa verba ſuperflua & ſę-
1 penumero impertinentia apponunt, † quo ca
ſu ſi contra naturam actus vel cõtractus qui
geritur contractus vitiaretur.l.actus.ff.de reg.
iur.l.grçce.§.illud.§.ſi ſtichum.ff.de fideiuſſ.quod confirma-
tur per Deci.in l.quæ dubitationis.ff.de regu.iur. quia vide-
2 mus in ſimili † ꝙ in ſentẽtia libello & depoſitione teſtis ex-
preſsio cauſæ neceſſaria non eſt, tñ ſi exprimatur & ſit ine-
3 pta vitiatur, † quia plus mouet inepta loquacitas q̃ tacitur-
nitas.gl.in cle.conſti.in ṽbo de nouo,de elec.l.expreſſa.ff.de
reg.iu.tradit excellens D.Hiero.cagn.in præalleg.l.quæ du-
4 bitationis qui ſubdit ibidem † aliqua exempla, veluti vbi ſu-
mus in renũtiationibus, ſi enim aliquis fideiuſſor ſe obliget
apponunt renũtiationem beneficij de fideiuſſ. nouarum
conſti.

conſti.& de duobus reis econtrario vbi vnus obligat ſe principaliter pro alio vel duo rei conſtituũtur inuicem quod renũciẽt beneficiis de fideiuſ.etiã in caſibus vbi ad inuicẽ nõ videntur fideiubere vt traditur in l. vir vxori.ff.ad velleia.
5 quãtũcunq; iſta remedia ſint diuerſa diuerſiſq; cõpetãt. †& idẽ ſi mulier ſe obliget & contrahat noĩe proprio ad dictam renũciationẽ velleiani quod & ſuperfluum vr̃ cum talis renuntiatio nõ requiratur niſi qñ pro alio intercedit.l.fi.ff.ad
6 velleia. † idem etiam eſt vbi ſumus in venditione iurium directorum quia illa clauſula (cõſtituẽs ſe p̃cario noĩe poſſidere donec etc.)eſt ſuperflua, nã vr̃ dominus directi ſolã ciuilem habere poſſesſionem,vt no.in l.j.ff.de acqui. poſ. &
7 in l.j.ff.ſi ag.vect.vel emph.pet.† pariter in ſubſtitutionibus apponũt clauſũ.vulg.pup.& per fideicom.et in maioribus & extraneis in quibus nõ cadit pupillaris. not. in l.precibus. C.de impu.in l.moribus.ff.de vul.& in §.j.inſt.de pup.

CAP. LXXXIX.

SVMMARIVM.

Notarios ordinem peruertentes errare.
1 *Ordo eorũ quæ ĩ lege aut canone ponũtur ſeruari dẽt.*
2 *Ordinem fore figuram ſubſtantiæ vniuscuiuſq; rei.*
3 *Confuſionem legem & naturam abhorrere.*
4 *Ex ordine diſponentis voluntatem præſumi.*
5 *Quod prius eſt in voce, prius præſumitur eſſe in ſenſu.*

1 SCIANT Tabelliones †ordinem eorum quę in l.vel canone ponuntur ſeruandũ fore alias actũ vitiari.tex.eſt no.in l.prolatã.C.de ſen.& interlo.omn iudi.pulcher tex. in l.ij.§.prius. ff.de vul.& pup.c.fi.& ibi gl. & doct. de app.l. hac conſultiſ.C.qui teſtam.face.poſſ.l.a diuo pio. §. in venditione ſm̃ vnam lecturam. ff. de re iudi. ꝙ ex eo eſt, quia
2 †ordo eſt figurã ſubſtãtię vniuſcuiuſq; rei. Bal. ĩ diuino ſuo conſ.

conſ.ſchiſmatis poſito in rub.ſi quis aliquem teſt. phi.C.&
3 †vbi nõ ē ordo ibi eſt cõfuſio. quã l. & natura abhorret. l.fi.
C.de leg.tut.iuncto c.peruenit. xj.q.j. & hinc elegãter dicit
Titus liuius lib.iij.decadis primę circa fi.ꝙ diſcordia ordinũ
4 venenũ eſt reip.& hoc etiam eſt †quia ex ordine p̃ſumit di-
ſponẽtis voluntas.l.quoties.vbi eſt text.nota.ff. de vſufru.l.
gñaliter.§.quid ergo.ff de fideicõ.lib.l.hr̃des mei. §. fin. vbi
5 tex.ē ſing.ff.ad treb.c.in xp̃o pr̃.de cõſecrat.diſt.ij.†ꝙ prius
.n.eſt in voce prius p̃ſumit eſſe in ſenſu.l.ſi cõis ſeruus in fi.
ff.de ſtip.ſeru.c.qm̃ Abbas.vt ibi no.de of.deleg. Doct.in l.ſi
ita ſcriptũ.ff.de leg.j.& Bar.in l.qui duos.eo. tit. & de his la-
tius Nic.euerar.in centum modis argumentandi in j. c.

CAP. LXXXX.

SVMMARIVM.

Notarios credẽtes ĩ alienationę feudi fiẽdą p uaſallũ uaſalli cõſẽſũ primi dñi nõ requiri ĩ caligine morari.

1 *Cauſa proxima, & mediata attendi debet.*

2 *Emphitheota ſine conſenſu domini Iuri emphitheotico renuntiare non poteſt.*

3 *Argumẽtũ ą pheudo ad emphiteoſim, et ecõtra ualere.*

4 *Fundũ in emphitheoſim cõceſſum p ſe et hæredibus deſcẽdẽtibus ĩtelligi cõceſſũ. ſicut et ĩ pheudo dicim⁹.*

5 *Emphitheotas ad ſimilitudinẽ pheudatariorũ rẽ emphiteoticã inter ſe diuidere poſſe dño irrequiſito.*

6 *Emphitheotam negantẽ rem emphitheoticam ad inſtar pheudatarij à iure ſuo cadere ſi ſciẽter neget.*

COMPERTVM Habeat tabelliones quòd in alienatione feudi fienda per vaſallum vaſalli requiritur conſenſus primi domini cui ſoluendũ eſt laudimiũ non autem conſenſus im-
1 mediati †domini.gl.eſt ordinaria & peregrina in cap.

in cap.illud quoque,& ibi Sal.Iac.aluar.& alij de prohy. ali. ſeu per Fed.eaq; poteſt eſſe ratio, quia cauſa proxima & mediata non autem immediata debet attendi, Bart. in extrau. ad reprimendum in verbo nec in eorum,& in l.ij.§.fin.ff.de donat.Bal.in l.generaliter.C.depiſ.& cle.Sal. in l.conuenticula.C.eo.Cano.in c.poſt tranſlationem de renunt.gloſ.in c.cupientes ſuper ver. periculoſis de elect.lib.vj.& in c.cum ceſſante de appell.Pan.in c.cum nume.de teſtib. & etiam ibi plene per Fely.& Card.& Io.de Imol.in cap.penul. de cler. coniu.& habet in l.j.§.ſexum.ff. de poſtu.& in c.conſului,de de vſuris,latiſsime per Ariſto.in vj.topic. † Idque non immerito dici poteſt cum & alias videamus emphiteotam iuri emphiteotico renuaciare non poſſe, nec ſe ab onere debitæ penſionis eximere niſi conſenſus primi.d.interueniat vt pũctualiter decidit Panor.in c.j.de feu.Specu.in tit.de locat.§. nunc aliqua,Bald.in l.ij.C.de iure emphiteotico,glo.in cap. potuit de iud.& in c.vnico,& ibi Aluaro.de vaſallo qui contra conſtit.Loth.reg.in vſi.feu.& in c.quæ in eccleſiarum de
3 conſt. †& ſuadetur etiam probabili & frequenti arg.de emphiteota ad feudum fundato in ſimilitudine rationis quam adinuicem huiuſcemodi contractus habent.l.j. iuncta gl. ff. ſi ager vect.vel emph.pet.l.poſſeſſo.in fi.& ibi no. C.de fun. patrimo.lib.xj.iuncto c.j.§.rei autem.& §.fi.de inueſt.de re. alie.fac.in vſib.feu.& ibi doct.per Bar.in l. ſi quis vi in §.differentia.ff.de acqui.poſſ.per eundem in l.j.ver.hic titulus.ff. de pub.quo argumento vtitur Bald.in l.ſi quis ruinas in iiij. col.in verſ.quintò probatur. C.de ſacroſanct.eccle. Ioan.de Imol.in c.potuit.loc.nam ſi emphiteota rem quam in emphiteoſim accepit alteri ceſſerit,& ille iura ſua vendere velit conſenſus domini,non autem primi emphiteotæ requiritur.domino.n.nõ. emphiteotæ ſoluendum eſt Laudemiũ, ita dicit Specu.in tit.de locat.in §.non aliqua verſ.cv.& ver. cxxvj.glo.ordi.& ibi Sali.& Docto.l.j.C.de iure emph. & in
4 c.potuit.loc. † nec mirum equidẽ cum & in ſimili videamus ꝙ ſicut fundus in emphiteoſim receptus intelligitur pro ſe & hæredibus,licet in inueſtitura nulla de hæredibus mentio fiat per reg.l.pactum,de probat.prout atteſtantur And.

de

de Iſer.Bal.& Aluar.in c.vlt.quib.mo.feu.conſtit.pot.in vſi. feu.idē ēt in feu.dicimus, vt in añlato loco doct. atteſtantur: item ſicut fundus alicui in emphiteoſim conceſſus & ſuis hę redibus intelligitur conceſſus deſcendentibus illius cui conceditur nō aūt trāſuerſalibus ſeu extraneis, idem ēt in feudo dicimus:glo.ord.& valde not. in l.ex facto.§.fi.& ibi Bar. Pau.de Caſt.Alex.& añ eos Dyn.ff.ad Treb.& in l.etiam in prin.ff.ſol.mat.Bal.in l.fi.in vj.oppoſi.C.de hære.inſti.idem Bal.in l.liberti,libertæq;.C.de ope.liber.& in l.j.in xlviij.q. ff.de rer.diuiſ.Bar.in l.gallus in §.etiam ſi parente.ff.de libe. & poſth.habetur in c.vnico in §.etſi clientul.de alie.feu.& in c.fi.ſi de feu.fue.contr.in vſi.feu.hocq; l cautum eſt propter rationem.l.j.§.an ſeruus.ff.de vent.inſp.l. ſuper ſtatu. C.de

5 quæſt.†Item etiam ſicut emphiteotæ poſſunt inter ſe diuidere rem emphiteoticam irrequiſito dño, idem ēt in feudo dicimus.glo.eſt ord.& not.approbata per Bart.Bald.Pau.de Caſt.& Sal.& cæteros Doct.in l.ſi familiæ.ff.fami.herc.idem Bal.in l.voluntas.C.de fideicō.& in l.imperialem. §.præterea ducatus,de prohi.alie.feu.per Fede. & in c.omnes filij,ſi

6 de feu.fue.contro.in vſi.feud. †qua ratione etiam ſicut emphiteota negans ſcienter rem eſſe emphiteoticam perdit eā, vt atteſtatur in l.fi.ff.de rei vend. Ange.& decidit d.Iacobinus de ſancto Geor.in ſuo not.tract.inueſt.ſuper illis verbis dictiq; vaſalli permiſerunt non committere feloniam in ix. col.ad quem recurri poteſt quia plene loquitur,ita etiam vaſallus negans ſcienter rem feudalem perdit feudum.cap.vaſallus.eo.tit.ſi de feu.fue.contro.c.fin.de lege coradi in vſib. feud. Inno.in c.cæterum, de iud.

CAP. XCI.

SVMMARIVM.

Notarios iudicantes omnes contractus quibus utile trāſfertur dominium directo retento emphiteoticos fore grauiter curare.

1 *Sex fore contractus quibus utile transfertur dominium directo retento.*
2 *Contractus ſuperficiarij deſcriptio.*
3 *Superficie deſtructa ſupficiarius cōtractus extinguit.*
4 *Locatio ad longum tēpus dicitur quæ ad x. annos fit.*
5 *Contractus emphiteoticu quid ſit & quid ab alijs cōtractibus differat.*
6 *Contractus libellarius deſcribitur.*
7 *Quid ſit contractus præcariæ in fœminino genere.*

1 NOTARII ne ex ignotis procedere videantur nō ignorent † ſex fore cōtract⁹ quib⁹ vtile dñium trāsfertur directo retēto diuerſa nomina habentes & in aliquo ēt differentes, licet vnico noīe exemplo imperitorū cirugicorum qui vnico colirio oīum oculos curare volūt iuxta familiarem glo. in c. fi. xxix. diſt. ab aliquib⁹ nuncupenē, primus eſt cōtractus ſuperficiarius, ſecūd⁹ eſt cōtract⁹ locationis ad lōgū tempus. tertius eſt contractus emphiteoticus. quartus eſt contractus libellarius, quintus eſt contractus pręcarię in
2 fœminino genere. vltimus eſt cōtractus feudalis † ſuperficiarius contractus dicitur qn̄ in aliquem ſuperficies transfertur veluti domus molendinū vel aliud ædificium in fundo Titij poſitum vt per dicta ſuperficie quid attenuatim, ſoluatur vellent ſi fundus alicui cōceditur a Gaio vt ibi ſuperficies ædificetur & vt poſt certū tempus in Gaium perueniat vtroq;.n.caſu vtile tm̄ dñium transfertur directo retento. l. j. §. j. & l. fi. ff. de ſuperfi. l. in prouinciali. §. ſi ego. ff. de op. no. nun. & iſte ſuperficiarius emphiteotæ in hoc æquiparatur ꝙ alienando ſuperficiem directi irrequiſito dn̄o cadit a iure ſuperficiei ſicut emphiteota ab emphiteoſi. Bar. in d. l. j. §. pen. ff. de ſuperf. Io. de Imol. plene in cap. potuit in v. col. de iud. Iaco. alu. in §. donare, qualiter olim feu. poterat alie. in vſib. feu. antelatus Bar. in l. vxor patrui. C. de leg. & in l. quid in rerum. §. j. de leg. primo. latiſsime Hoſtiē. in ſua aurea ſumira

ma in tit. de immu.eccle.in.§.in quantum in ver. ſed nec il-
la Ludo.de Ro.in ſuis ſing. ſingulari.cccccxxxi.incip.tu his
3 † eiuſq; naturæ talis eſt contractus ꝙ ſuperficie funditus ca
ſu fortuito deſtructa vtputa aquarũ impetu uel incendio cõ
tractus ad inſtar emphiteoſis penitus extinguit. Bal.in rub.
C.de iu.emph.Doc.oẽs in l.ij.C.eo.tit.& talis cõtractus ſm
vulgariũ loquẽdi modũ emphiteoticarius nuncupat,vt not.
4 in l.fi.ff.ſi ag.vect. † Locatio autẽad longum tempus dr vbi
fit ad x.annos vel vltra.l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ag. vect.
cle.j.& ibi gl.& Doct.de reb.eccle.non alie. & ideo ſolet da-
ri conſilium vt res ad nouem annos locetur ne ad inſtar lo-
cationis ad longum tempus transferatur vtile dñium, vt
volunt Card.& Io.de Imol.in d.cle.j.Bart.& Docto.in l.co-
dic.§.in ſtatuto.ff. de lega.ij. pariterq; & naturalis poſſeſsio
ſicut & in vſufructuario dicimus qui minus ius habet. l. na-
turaliter,ibiq; no.ff.de acqui.poſ.Pau.de Caſt. in l.nõ ſolet.
ff.loc.& ne etiam tali emptor locationi parere teneatur adõ
qui conductorem durante locatione expellere nequeat, put
ſing.no.Bal.& Saly.in l.emptorem.C.loc. & ante eos Rofr.
maximus praticus in libello ſuo actionum de vtili rei vendi.
5 quæ datur emphiteotæ. † Emphiteoticus contractus quã-
do alicui in perpetuũ vel ad longũ tẽpus res aliqua [illegible]
fruenda ac poſsidenda datur ea lege,vt quandiu penſio ſiue
cenſus ſoluatur non poſsit a ipſo emphiteota ſeu habente
cãm ab eo res ipſa in emphiteoſim data auferri.§.adeo. inſt.
loc.d.l.i.§.ſi ager vect.l.j.& ij.C.de iure emphit. l. vectigali.
ff.de pign.§.fi.in ti.ſi de inueſt.ſue.feu.contro.§.rurſus, qui-
bus mod.feu.amit.in vſib.feud.d.cap.potuit, loc.& ibi plene
per Io de Imol.qui etiam magiſtraliter declarat, in quibus
iſte contractus differat a contractu locat. ve ndit. ac aliis de
quibus etiam per Doct.in d.l.j.C.de iu.emphit. per Iac.Al-
ua.in præludiis feud.circa fin.Bald.in rubr.de iudi. in ij.con.
Bertac.in ver.ſupra in xix.& xx.arti. per Baptiſtam de ſan-
cto Blaſio in ſuo not.tract.differentiarum in deciſ.feu. iuris
6 ciuilis vel cano.per Io.ꝙ de Anania in c.j.de vſur. † libella-
rius autẽ contractus ſm veram opinionem dicitur qñ em-
phiteota vel vaſallus dat rem emphiteoticam vel feudum

alteri in emphiteoſim vel feudũ. c.j. §.donare qualiter olim feu.pote.alie.& in c.j.§.fi.de prohi.halie.per Loth.c.j.§.aut ſi libellario,quib.mo.feu.amit.vult Bar.in l.ſi finita in §. ſi d̃ vect.in 3.q.ff.de dam.infe. Bal.& Iaſ.in d.l.j. C. de iure emphi.idẽ.Iaſ.in auct.ingreſsi.C.de ſacroſ.eccl.

7 † cõtractus aũt precariæ in fœminino gñe dr̃ qñ fit cõceſsio certæ rei immobilis de quinquẽnio ĩ quinquẽniũ & de nouenio in nouenniũ renouãda.c.j.& ij. de prec.c.pcariæ.& ibi bona gl.x.q.ij. & d̃ natura huius cõtract⁹ tradit Io.and.& Ioã.de Imol.in d.c.j. Bart.in d.§.ſi de vect.in 4.q.gl.in d.c.precariæ. Bald. in d.§. aut ſi tabellario.Odof.& Iaſ.in d.auct.ingreſsi. gl.magiſt.in l.j.ff.de prec.Bar.in l.in cõmodato.§.ſicut.ff.cõmo. Paul. de Caſt.in l.ij.C.cõmo.Iaſ.in l.ij.ff.ſi cer.pet. Cano. in c. vnico extra de cõmo.Iam dict.Iaſ.in l.ij. col.viij. vſq; ad xij. C.de iure emphit.& aliquid per glo.in c.j.§.præterea, de cap. coradi,& in c.vnico,de controuer.inter vaſallum & alium, de beneficio. Aluar.& Præpoſ.in prælu.fere circa finem.

CAP. XCII.

SVMMARIVM.

Notarios credentes cenſualem contractum & emphiteoticum a pari procedere grauiter errare.

1 ☞ *In cenſuali contractu & utile & directum dominium transfertur.*

2 *Per non ſolutionem cenſus ſoluentem à iure ſuo non cadere ſecus in emphiteota.*

3 *Bona eccleſiæ in emphiteoſim concedi non poſſunt, in cenſum uero dari ſic.*

4 *Adiectio incontinenti facta, nihil immutat circa prius diſpoſita.*

5 *Per uerba Titius ſubſtituit uulgarit. pupilla. & per fideicommiſſum ſubſtitutionem non uitiari.*

6 *Vltima ad inſtar uenatoris lex ſemper ſequitur.*

NOTA-

NOTARII ne imperitiæ notam ſubeant non ignorent inter cenſualē contractum et emphitheoticum, tres potiſsimū differentias aſsignari
1 † primo namq; in hoc differre videntur quia in cenſuali contractu omne dominium tam vtile quam directum in recipientem transfertur in emphiteotico autē vtile tātum directo retento. & ob id vulgariter dici ſolet cenſum ſoli de re noſtra penſionē autē de re aliena. l. i. & ij. C. de iure emphi. l. i. ff. ſi ager uec. vel emph. per gl. ordi. per doct. recepta in cap. conſti. de relig. domi. Bart. in l. i. ver. hic ti. ff. de
2 pub. & vec. ſingula ſingulis referendo † ſecundum differunt quia in emphiteotico res cadit in commiſſum penſione infra biennium ſi ſumus in eccle. non ſoluta in priuato aūt infra triennium ſecus aūt in cēſuali contractu. c. potuit de loc. auth. qui rem. C. de ſacro. eccl. l. i. & ij. C. de iure emphit. facit. d. c. conſti. cum ſua peregrina gl. & no. per Panor. ibidem diuerſitatis rationē aſsignantē ꝑ Iaſ. in d. l. i. in xi. col. C. de iur. emphi. Aluar. poſt alios per eum relatos in §. ſed nec ex
3 alia in tit. q̄ fuit prima cauſa beneficij amit. in vſi. feu. † tertio differunt quia eccleſiæ bona in emphiteoſim cōcedi nō poſſunt ad cenſum aūt dari nō prohibentur ſecundum Panor. magiſtraliter loquentem in d. c. conſti. eamque diuerſitatis rationem aſsignari quia ſi cenſus retinet non in recōpenſat. iuris conceſſi, ſed potius in memoriā libertatis conceſſę ſeu in ſignum pręteritæ ſubiec. & ſeruitutis ꝙ in emphiteoſi ſecus eſt & ideo caueāt ne per imperitiam & ſicut faciunt non intelligentes virtutem efficatiam vocabulorum ſcribi per eos contingat in emphiteotico contractu titius in emphiteoſim vel cenſum dedit gaio &c. quia tūc difficultas eſſet an emphiteoticus vel cēſualis talis cōtractus eſſet ꝓ ea enim parte ꝙ talis cōtractus emphiteoticus vltra auth. Fab. in d. l. i. C. de iure emph. & Iaſ. in d. l. ij. C. eo. poſſet adduci
4 vulgaris iuris terminatio quę eſt ꝙ † adiectio incontinenti facta nihil īmutat circa prius diſpoſita. l. ſed et ſi adiiciatur. ff. ꝓ ſoc. l. ſpecies. ff. de au. & arg. leg. eo etiam accedente ꝙ talis adiectio cenſetur facta ex errore not. qui partibus non debet obeſſe. l. ſi librarius. ff. de reg. iur. l. fin. & ibi Bal. not. C de

 fideiuſſ.

fideiuſſ.ex quo non eſt præſumendum quod contrahentes voluerint ſe incontinenti corrigere.l. nõ ad ea cum ibi not. ff.de cond.& demonſt.l.recuſare. §.Titius. ff. ad Trebel. vbi Bart.Ioan.de Imo. & cæteri docti ſingulariter quòd ſi in teſtaméto dicatur talis ſubſtituit vulgariter pupillariter & ꝑ fideicommiſſum pro vt ſæpe ex imperitia notariorum contingit quia directa & fideicommiſſaria ſubſtitutio tanq̃ contrariæ non poſſunt inſimul ſtare.l. vbi repugnãtia. ff. de regu.iur.l.i.C.de fur.l.titiæ.ff.de cond. & demon. l. ſcripturę. C.de fide inſtru. c.vt qui duas de elec.lib.vi.& late per philo.in x.metha.in prædicamentis ſiue fuerint contrarij priuatiue ſiue poſitiue.& habeť in c.qui ſ̃m carnẽ.xxiij.qõ.iiij.
5 † non tamen ob id ſubſtituti viciari ſed in electione ſubſtituti eſſe ex quæ velint ſubſtitutione hereditatem habere in cõtrarium tñ poſſet allegari fauor eius cui res cõcediť & ſic rei.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur. c. cum ſunt partium de reg.iu.in vi.l.abſentem.ff.de pen.late Alex.in conſi. xv. volu.i.& conſ.xiiij.vol.iij.conſi.xlvi.vol. iiij. & cõſi. ii. vol. vii. Fel.in c.ſignificaſti ſecũdo de homi.Hipol.de marſil.in l.i.ff. de quæſt.Item reg.l quidq̃d aſtringendę.ff.de verb. obli. & l. veteribus.ff.de pactis vltra reg. ꝙ ultima prioribus derogant.l.certi conditio.§.qm̃. ff. ſi cer.pe. l.ſi ius.ff.de leg.iij.l. ſed & poſterioris.ff.de leg.§.poſteriore inſtituta q̃bus mod.
6 tex.inſi.l.iudex.ff.de re iud.l.legatum.ff.de alim.leg. † & ꝓpterea vltima ſequitur lex non ſecus ac uenator leporem.l. qui filium.§.ſabinus.ad Trebel.l.ſi pars.ff de inoff. teſt.c. ſi. de re iud.l.i.vbi.doct. C.de ſacro.eccleſ l. in condit.ff.de cõdi.& demon.& ibi Socin.poſt Bal.per eum relatum & latius in l.quæ de legato.ff.de leg.i.ex quibus alias fuit maxima altercatio in facto ex quo in inſtrumento confecto ꝑ quẽdã valde expertum in notariatus officio de midelburgo in quo cauebatur hoc modo Titius vendidit vel emphiteoſim dedit &c. quis contractus iudicandus foret propter emergens dubium an ꝓpter guerrã ſit remittẽda penſio in vendit.n.nõ in emphi.aũt ſic.§. cum auté cũ ſua ſing.gl.de emp. & vend.Cyn.in d.c.potuit Panor.in d.l.i.in ix.col.C. de iure emphi.& Iaſ.latiſsime in l.ii.eod.tit.

CAP.

CAP. XCIII.

SVMMARIVM.

Notarios iudicãtes idē operari ſimplex cõſtitutū de p ſe qd operat̃ ſi uerbū p̃cario adiiciat̃ ĩ tenebris uerſari.

1 ☞ *Ex ſimplici conſtituto & ciuilem et naturalem poſſeſſionem transferri.*

2 *Præcariū maiorem poteſtatem q̃ commodatū habet.*

3 *Solam naturalem poſſeſſionem ad præſcriptionem nõ ſufficiens, ciuilem autem ſic.*

4 *Notarium alteri poſſeſſionem non acquirere niſi ratificatione ſequuta.*

5 *Per notarium ea acquiri poſſe ſine ceſſione quæ alias niſi ea interueniente acquiri non poſſunt.*

1 NOTARII ne in tenebris verſentur non ignorent in materia poſſ. plus operari † ſimplex conſtitu. de per ſe q̃ ſi præcario adiiciatur quia ſi quis ſimpliciter cõſtituat ſe alterius nomine poſsidere omnem poſſeſsionem & ciuilem & naturalem transfert ſecus autem ſi præcario adiiciatur vt ſi quis alterius nomine præcario ſe poſsidere conſtituat tex. eſt no. in l.& habet. ff. de præc. not. Bart. in l. i. in princ. ff. uti poſs. Io. Fab. in §. retinẽda in princ. inſtit. de inter. Ang. in §. quadrupli circa fi. inſtit. de actio. l. duo. l. qui meo. ff. de acqu. poſſ. Bar. in l. Celſus. ff. de uſu. Paul. de Caſt. & lat. Aret. in l. quamuis in §. ſi conductor. ff. de acqui. poſſ. Soc. in l. i. in §. per ſeruum. ff. eo. & habetur in l. ſi fundum. ff. de fun. dot. Bal. in l. ij. & in l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſoc. Ang. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. oblig. antelat. Soci. in l. poſsideri. §. Neratius. ff. de acquir. poſſ. & hac de cauſa prẹcariū maiorẽ pote-
2 ſtatẽ q̃ cõmodatū habet † cum nullo modo cõmodatarius

 poſ-

poſsideat.l.rei conmmodatę.ff.commo.licet contractus cõmodati ſit fortior cum non poſsit reuocari niſi perfecto vſu ad quem res commodatur præcarium autem ad libitum l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.ob.l.in commodato. §.ſicut. ff.commod.eaque eſt ratio quia commodatum fit ad certũ vſum & certum tempus præcarium autem ad indeterminatum vſum & indeterminatum tempus l.i.l.interdum. ff. de præc.vnde maior poteſtas in vtendo & latior facultas dicitur concedi per præcarium per vſum autem dignoſci ſolet
3 rẽ poſsideri.l.titia.ff.de ſolu.& d.§. neratius † & ob id ſummopere aduertendum eſt quia ſola naturalis poſſeſsione nõ eſt ſufficiens ad præſcript.l. neq; & ibi Bal. C.de uſu. Dyn. in c.ſine poſſeſsione de reg. iur. in vi.doct.cõiter omnes in l.i.& in d.l.posſideri in §.neratius & vtrobique ſoc.ff. de acquir. poſſ. ciuilis autem ſola ſic vt concludunt doct. in locis præaleg.per d.l.i.§.per ſeruum qui in fuga.ff.de acquir.poſſ. iuſta.l.ſi cui.§ licet.ff. de lib.cauſa tradit Saly. in l.cũ res. C. de probat.latiſsime iam ſæpe dictus.Bart.ſoc.in conſil.xlvii.
4 incip.in primo ver.poſtremo in prima parte. † Animaduertendum etiam in materia poſſeſsionis eſt in alio quod ſi notario ementi & recipienti po. abſente venditor cõſtituat ſe nomine not.dicto nomine recipientis poſsidere non dicitur emptori acquiſita poſſeſsio ante ratificat.l.cõmunis ſeruus in ſi.ff.de acqu. poſſ.tradunt mod.in l.i. §. ſi iuſſerim.ff. eo.Dyn.in conſi.clxxij.Conr.in conſi.cxc.incip.ad euidentiam in lit.g.& in ſequenti in j.parte Ange.in conſi.lxxiij.in ſtatuto Florentino & in conſi. cxxvi. incip. magiſter Ioannes & cccc vij inci .viſis diligenter numero. 14. & 15. & do-
5 cto.omnes in l.contractus ff.de reg.iur. † & eſt not. ex quo alias dici ſolet quod ea quæ mediante ceſsione quæruntur vt obligatio & actio per notarium ſine ceſſione quærantur, l.ij.& ibi Bart.ff. rem pup. ſaluam fore quinimo dicunt aliqui quod etiam ſequuta ratificatione non acquiritur ne tres fictiones concurrant contra l.i. C. de dot. promiſſ.prima ꝙ per aliam perſonam poſſeſsio quæratur ſecunda ꝙ per conſtitutã. tertia ꝙ ratihabitio retro trahatur. l.ſi. C.ad mace. ſed hoc puto dubium quia regula prohibitiua fictionũ ita ſe

ſe habet in duabus ſicut in tribus ſed prima & vltima quæ acquirentis reſpiciunt perſonam non prohibentur concurrere quia concurrunt in negotiorum geſtore acquirēte poſſeſsionem dicta.l.communis ſeruus in fi.ſecunda autem orītur in perſona tradentis vñ ex quo oritur in diuerſa perſona non prohibetur cõcurſus.l.ſingularia.ff.ſi cer.peta.Aret. in l.i.§.per procuratorē.ff de acqui. poſſeſsione. Soc. in ead. l.i.§.ſi iuſſerim in fi. tertia col.&c.

CAP. XCIIII.

SVMMARIVM.

Notarios credētes ſaluum conductum alicui ſimpliciter indultū ad fiſcalia debita trahi lucem odio habere.

1 *Ea que ſpeciali nota digna ante ſe non exprimantur cenſentur neglecta.*

2 *Multa fore fiſci priuilegia.*

3 *Fiſcum ſuperuenientem pro defenſione rei uenditæ cauſam ad ſuum iudicem trahere.*

4 *Fiſcum piæ equiparari cauſæ.*

5 *Nec non & cum dote pari ambulare paſſu.*

1 NOTARIOS † Non prætereat ſecuritates alicui ſimpliciter & generaliter indultas quæ vulgari ſermone ſalui conduti nuncupantur ad phiſcalia debita nõ trahi niſi id expreſſe dicatur tex.eſt not.in §. publicorum in auth.de mand.prin.col.3.tradit Mart.Land.in tractatu ſuo đ priuilegio et reſcripto cõcl. 14.et ĩ tractatu ſuo đ libello cõcl. 194 ratio aũt ea eſſe poteſt q̃ aſsignatur per iuris cõſultum in l. Itē apud Labeonē.§.hoc edictum.ff.de iniur.& l.ligni.§.oſtilius.ff.de l.3.l.eos C.de aquæductu lib.xi.l.fi.ff.de vino et oleo leg.l.carbonũ.ff.de verb.ſig.ſacroq; ſcibit euãgelio dicite diſcipulis & Petro & in c.i.de ſciſma. li.ii.ac in cap.i.c. felicis de

de pen.eo.lib.nec ea propter admirationi locus eſſe poteſt,
2 † quia multa ac infinita propemodum priuilegia ſunt fiſco tributa de quibus latiſsime p Bal.in l.i.C.de hered. vel act. vend.per Sali.in l.fin.C.de priui.fiſci commemorat.Paul.de Caſt.in l.velamento. C.de poſt.& vltra ea videmus eidem fiſco in ſingulare priuilegium indultum per repudias hereditatem debitoris phiſcalis occaſione tributorum priuatur omnibus bonis quæ quocunque titulo inter viuos ab ipſo phiſci debitore accepit caſus eſt peregrinus & ſing.in l.hære des.C.de omni agro deſerto lib.xi.quem ad hoc ponderat Lud.de Roma in repet.auth.ſimiliter.C.ad leg.fal. Itē reus cogitur eius inſtru. edere phiſco ad eius intentionem fundandum caſus eſt vulg.in l.nec quiſquā.C.de edēdo. rurſus fiſcus poteſt ſpecies ſuas vetuſtate corruptas quas de per ſe ſine magno damno vendere non poteſt niſi illas cum bonis imiſceat licite poteſt eas immiſcere text. eſt not.in l.i.C. de cond.in pub.hore.lib.x.quem ad hoc pōderat Ang.in l. an-
3 nonā.ff.de extraor.crimini. † Item phiſcus ſuperueniēs ad defenſionem emptorum trahit actionem ad ſuum iudicem l.coram proc.cæſaris.tex.eſt vnicus in l.ſi minori & ibi Ioā. de platea.C.de iure phiſ.lib.x.& demum ſcientia anterioris creditoris abſque contradit.fauore phiſci habetur per conſenſu & operatur remiſsionem pignoris. tex.eſt nota.in l. ſi
4 hipotechas iuncta glo.C.de remiſſ. vis.† Et talia tantaque ſunt phiſci priuilegia quòd phiſcus ipſæ piæ cauſæ ęquiparatur. l.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.§.ſi minus iuncta gloſ.in auc.de non alie.col.ij.cap.quid ergo iuncta glo.xxii.q. iiij.gloſ.in c. auditis,& ibi Panor.not.de in integ.reſt.& in l.ſi procurator §.fi.ff.de iur.fiſci q̄ cōmendat idē Panor. in c.ii.in fi.de prec. Bald.in l.a diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de iud. Ioā. de platea in l.vnic.C.de ſentē.lat.aduerſus phiſ.retrac.li.x.And.ſicul. in c.relatū in xviij.col de teſt.Bar.& glo.in l.i.§. an bona , &
5 in l.non poſſum.ff.de iur.phiſci.& † rurſus ēt doti æquiparatur paribuſq; paſsibus dos & phiſcus ambulat.l.dotis tuę & ibi no. C.de iure dot.l.ii.c.de priui.phiſci & a minoribus ad phiſcū ac cōtra bona eſt argumentatio glo.ord.in l. ſi procurator.§.fin.ff.de iure phiſci, quibus ſtantibus in conſcriben-

dis huiuſcemodi ſecuritatibus animaduertendum erit.

CAP. XCV.

SVMMARIVM.

Notarios credẽtes militare teſtamẽtũ per eos deſcriptũ ante publicationẽ nõ ualere ꝑ tenebras ambulare.

1 ☞ *Ob militare priuilegium teſtamẽtum non publicatum ualere.*

2 *De militaribus priuilegiis remiſſiue.*

3 *Militem piæ cauſæ æquiparari, eorũq; fauore pactum futuræ ſucceſſionis in uim ultimæ uolũtatis ualere.*

4 *Hæredem a milite in actu inter uiuos nominatũ pro inſtituto haberi.*

5 *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

NOTARIORVM aĩo ne haberent inhæreatq;
1 licet pagani † teſtã.non valeat ſi teſtator viam antea vniuerſæ carnis ingrediatur q̃ tabellio illud coram teſtibus legat & in publicam formã conſcribat.l. fideicommiſſa.§.i.& ibi Bart. Bal. & doct. ff.de leg.iij.tam ſecus in teſt.militis ob militare priuilegium tex. eſt ſing.in l.Lutius in prin.ff.de milit. teſt.nec non & in pia cauſa vt ſing.determinat Dyn.in d.l Lutius. & hoc dictum peregrinũ reputat Lud.de Roma in rep. auth. ſimiliter. C. ad l.fal.faciunt not.per glo.in l.ſi vt proponis.C.de rei vẽd. in cap.apoſtolicos.xij.quæſt.ij.per Bald.in l.fin. C.de pac. & cap.trãſlato de cõſt.ac.l.in teſt.C.ad.l.fal.& in pluribus aliis locis quos enumerare laborioſum potius quã ſubtile foret
2 † ſtante infinitate priuilegiorum militum de quibus ꝑ Bar. & doct.in l. neq;.ff.de teſt.mili. per Bal.in l.militares.C.eo. tit.per Alexandrum de Imo.in l.centurio & ibi iur. vt monarcha.d.Marcus Mantua.d.& pręceptor meus ſemꝑ colendiſsimus.ff.de vul.& pup.propter eorundem militem fauore legata per eos in teſtamẽto relicta debentur licet eius nõ

ſit adita hæreditas.l.neq;.§.fi.ff.de teſt.milit.l. Antonius.ff. de fideicommiſſ.liber.& ita etiam in pia cauſa legata non adita debentur hæreditate pro ut affirmat Bald. Floria. de ſancto Petro & alij in l.i.in fi.ff.de leg.primo glo. ordinaria & ſingularis in l. eam quam vbi etiam doct. de fideicõmiſſ. Lud.de Roma in dicta auct.ſimiliter in xx. ſpeciali piæ cauſæ circa vlt.volunt.ad quem recurri põt quia pleniſsime lo-
3 quitur † Item etiam fauore militis nec non & piæ cauſæ pactum futuræ ſucceſsionis differendæ digreditur ad ſpeciem vltimæ voluntatis & in vim vltimæ voluntatis valet ſed nõ in vim pacti tex.eſt fin.eſt in l.licet.C.de pact.Bal.in l.fi.C. eo. Alex.de Imo.in l.pactum quod dotali.l.eo. hoc ẽt vr tenere Iaſ.licet vacillet in præalleg.l.licet & contrarium iſtius teneat Lud.de Roma.in repe.d.auct.ſimiliter in vij.ſpeciali piæ cauſæ circa contractus articulus enim dubius eſt pulcher quotidianus & Brocardicus mihi tñ prima magis placet opinio per rationes deductas per Alex.in d.l.pactum ꝙ
4 dotali † item vltimo fauore militis & piæ cauſę heres noĩatus ſeu appellatus in actu ĩter viuos ꝑ talẽ nũcupationẽ nũciatiuã cenſet inſtitut.heres ita ꝙ ex illis verbis ẽnũtiatiuis inſtitutio reſultat dicta.l.licet ẽt Bar.mirabiliter ĩ l. tale pactũ in §.fi.ff.de pact. per tex.in c.fi.de ſucceſſ.ab inteſta. facit tex.in l.fina.C.famil.her. vbi nominatio filij & heredis per partẽ facta in actu inter viuos ſufficit,vt hereditatẽ illi reliquiſſe videatur & hoc dictũ Bar. ſequitur Alexan.in dicta l. licet & idem videtur tenere Iaſ. licet vacillet faciunt not. ꝑ Lud.ď Ro.licet contrariũ tenentem in rep.dictæ auct.ſimiliter in vi.ſpeciali piæ cauſæ circa cõtract. Ang.& pau.de caſt. in dicta l.tale pactum.§.fi.nec admirationis locus eſſe debet
5 quod Iaſon in antedictis locis vacillet,†quia qñq; bonꝰ dormitat Homerus vt not.in l.recuſari.ff.de acqui.her.in c.nequis cũ nouerca.xxxij.q ij.legimus namque ſupremũ in omni minerua virum ab omnibus celebratum nationibus Aureliũ Auguſtinum multa & ſuis dictis & ſcriptis minus benẽ dicta et ſcripta retractaſſe, & ꝓpheta ſanctiſsimus dicebat iunior fui ac ſenui & iuris ſatis & ſi magna ſit tuber.auctoritas.tñ a ſeruio nõ diſcedo qa & iuriſcõſulti ſe ipſos in eadẽ conſul-

conſultatis reprehendere conſucuerunt.l.diui fratres.ff.de iur.patr.c.ego ſolis,prima diſtinct.eaq; propter alias dici ſolet impoſsibile eſſe ꝙ in aliquibus non errent multa ſcribẽtes,vt atteſtatur Hier.in prologo Iob. quẽ refert Io.and.in prohe.ſexti in nouella.Panor.in c.ex parte,de teſtib.

CAP. XCVI.

SVMMARIVM.

Notarios iudicantes contractus in die feſtiuo celebratos non valere, non parum a veritate diſtare.

1 *Cõtrahẽtes die feſtiuo vel in loco ſacro peccare.*

2 *De fuga ſuſpectum & tempore prohibito, & loco incongruo capi poſſe.*

3 *De loco ad tempus & econtra ualere argumentum.*

4 *Ex cauſa neceſſitatis loco & die prohibitis licitum eſſe comedere carnem.*

5 *Tempus facilius quàm locus excidit à memoria.*

1 NOTARIORVM in mente ſedeat, ꝙ ſicut cõtractus die dñico † vel feſtiuo celebratus valet,licet peccent cõtrahentes,vt eſt tex. notab.in l.fi.C.de feriis, quẽ ad hoc ponderat Bal.in c.j.de treu.& pa.ita ẽt valet contractus in eccleſia celebratus,licet pariter cõtrahentes peccẽt, vt eſt gl.ord.& fin.in c.decet,ſuper verb.proceſſus, de immu.eccl. li.6.ſicut & in ſimili videmus ꝙ debitor fugitiuus ſeu ſuſpectus de fuga põt capi tẽpore incongruo,vt die dñico vel alio feriato non vt ſoluat,ſed vt caueat de iud.fieri, vt eſt gl.ord. & ſing.in l.dies feſtos,ſuper verbo fideiuſſorem, quã ibi approbant Bar.& alij.C.de fer.idem Bar.in l. ait prætor in §.ſi debitorem de his quæ in cred. & tẽpore nundinarũ,vt ſingu-
2 lariter dicit Ang.in d.l.dies feſtos, nec alibi hoc legitur † ita etiam

debitor ſuſpectus de fuga poteſt capi loco incongruo & aliàs de iure prohibi. vt puta in domo, in eccleſia vel loco ſacro vt no. Iaſ. in l. vinum. ff. ſi cer. pe. & faciunt no. elegant. per Alber. de Roſato in rub. C. de his qui ad eccle. confug. vbi concludit ꝙ ſi ex iuris municipa. forma debitor pôt pro debito capi, prout obſeruatur ꝙ talis ad eccleſiam confugiẽs ibidẽ defendi non debet quia ex perſona cõdicionata quæ nõ dẽt defendi ab eccleſia, idẽ tenet Alber. de Roſato in parte ſtat.
3 q. cccix. † & ſuadetur Ang. de tempore ad locum in iure firmiſsimo. vt no. per ſcribentes in d. l vinum. & eſt bonus tex. in l. fi. & ibi etiam Bar. ff. de niti. & text. in l. ratio. in § ſi per venditorem. ff. de act. emp. idem Bar. in l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pup. & in l. miles in §. quia diximus. ff. de teſta. mil. Ioan. And. in reg. in obſcuris, de reg. iur. lib. vj. in mercurialibus. Panor. in c. cum eccle. de immu. eccle. vbi per tale argumentum affirmat ꝙ ſicut actus ſpectantes ad voluntariã iuriſdit. poſſunt fieri tempore feriato. l. actus. C. de feriis. ita etiam poſſunt fieri in loco ſacro vel conſecrato arguendo vt dixi de tempore ad locum, vt voluit etiam Bar. in d. l. actus, vbi per hoc limitari concludit diſpoſitionem antelati. c. decet de immu. eccl. lib. 6. vt ſolũ habeat locum in actibus ſpectantibus ad iuriſditionem contentioſam, prout etiã videtur fuiſſe de mente eiuſdem Bar. & aliorũ in l. cũctos populos. C. de ſuma trini. & fid. cath. & Iaſon ſi bene ponderetur in ante memorata. l. vinum. hinc ẽt dicit gl. ord. ſingularis in
4 clem. ii. ſuper ver. regularem decens † ꝙ ſicut & cauſa neceſſitatis licitum eſt comedere carnes tempore prohibito vt in quadrageſima. ita ẽt ex eadẽ cã licitum eſt comedere carnes in loco prohibito, vt puta infra portã regularẽ cartuſiẽſiũ, faciunt no. ꝑ Bal. ĩ l. vnica. c. vbi đ poſ. agat. ꝑ Imo. & Io. And. in c. qualiter & qñ, de accu. ꝑ Spec. in ti. de teſt. in §. iã, de interrogatoriis in ver. & nota ꝑ eundem Bal. in l. presbiteri, in j. col. C. de epiſ. & cle. vbi prædicta aliqualiter limitantes dicunt teſt. non teneri in tantũ de tẽpore ſicut de loco recor-
5 dari † quia tempus facilius quã locus excidit a memoria, ad quod faciunt not, ꝑ Arch. in c. nihilominus. xxxix. q. ꝑ Inn. in c. qualiter illi, de accuſat. per Bartol. in l. qui bona, in §. ſi ſtipu-

ſtipulaturus.ff.de dam.infec.glo.in c.cum cauſam in cauſam pue.de teſt.Ang.in l.quidã tabulare.ff.de fur.& ꝑ oẽs cõiter in l.j.C.de ſer.fug.& in l.peregre.ff.de acquir. poſſ.

CAP. XCVII.

SVMMARIVM.

Notarios credentes mulierem, & ruſticum errore vel ignorãtia iuris ſemp excuſari caribdim nõ euitare.

1 ☞ *In his quæ iuris vel iudiciorum rigore concernunt mulierem uel ruſticum non excuſari.*

2 *Sicut mulieres & ruſtici ad ciuitatem pro indulgentijs, & ad ſiluam pro lignis ſe conferunt, ita etiã ad peritiores per conſilijs accedere debeant.*

3 *Vbi peritorum copia non habetur in integrum reſtitutio admittitur.*

4 *Vbi ſolennitas ſubſtantialis omittitur uel forma non ſeruatur actus uiciatur.*

5 *Vbi deffectus eſt in forma ſi actus non ualet ut agitur, nec etiam valet eo meliori modo quo poteſt.*

1 NOTARIORVM † ſemper animo adhęreat ꝙ licet error vel ignorantia iuris excuſet mulierem ruſticam qñ non potuerunt penſiones conſulere, tñ hoc ſi locum nõ vendicat in his quæ pro forma actus requirunt vel quę cõcernunt vigore iudiciorũ inductũ ob publicã vtilitatẽ muliere.n.vel ruſtico teſtãte nõ adhibitis ſolẽnitatibus a iuŕ requiſitis & q̃ inducta ſunt pro forma teſt. ẽt ꝑ errorem vel ignorãtiã,ex quo penſiones cõſuluere nõ valuit nõ propterea teſtamentũ ſuſtinetur imo nullius eſt momenti.glo.ord. & peregrina in l.ambiguitates.C.de teſt. & eodem modo ſi mulier

mulier vel ruſticus non produceret inſtrā vel probat. in tẽpus præfixũ à lege ſtatuto vel a iudice nõ excuſaretur propter errorem vel ignorantiã iuris, ex quo iuris vigorẽ iſtud reſpicit ita ſing Bal.in l.iuris ignorantiam. c.qui admitti ſe, ibi Paulus de caſt.Fulg.Lud.de Roma, Alex. Iaſon & Doct. & Sal.in l.pen.C.eo.& eſt de mente Bar.in l.j.in §. nunciatio,circa finem.ff.de nou.nunc.dicit tamen Salyc.in l.j.C.de iur.& facti igno.multum ſing.ꝙ ſi mulier vel ruſticus nõ potuit conſulere penſiones & lapſum ſit tẽpus infra quod debuit facere ſuas probationes ꝙ iſta eſt iuſta cauſa reſtituẽdi in integrum.ſequitur Iaſon in prælleg.l.iur.ignorantia, li-
2 cet vt ibidem glo.atteſtãtur † ſicut mulieres & ruſtici vadũt ad ſiluam pro lignis ad ciuitatem pro indulgentiis deberent ire ad aduocatos, pro conſiliis ad quæ accedant notata in l. iij.in §. ſi plures in verb. tironibus parcendum in l. qui cum vno.§.fi.in ver.tironi militante diſciplina ignoranti parcendũ,& in l.qui cõmeatus in §.arma.ff.de re mil.ꝑ Bal.in l.cũctos populos.C. de ſum.trini.& fide catho. & in l.j.in iij.q. C.de iu.delibe.Ant.& But.in c.ij.col.iij.de conſti. Alex.in l. ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iud.& in conſ.xiiij.viſo. col.ij.
3 lib.ij.†& prædicta de reſtit.in integrum ſal.eo caſu procedũt quando peritorum copia veriſimiliter haberi non potuit.c. ſtatutum in prin.de reſcript. vi. Bart. in l.in bonorum.ff.de bonor.poſſ.& in l.ſi ab hoſtibus in §.ſi iure.ff.de ſol.matr. & ibi per Alex.col.fi.facit l.iij.§.ſi tam.ff.de dam.infec. l.diuus. ff.de tut.& cura.dat.ab his.l.ij. §.ſi pręſes.ff.quis ordo.l.pen. C.de can.larg.lib.x.& ibi Bart.Roma.in l.ſi non. §. de viro. ff.ſoluto matrimonio in xxxiij.fallen.ad idem l.penult. §. ſi quando,de magi.conui. & c.fin.lxxv.diſtinct. & prædicta ea
4 de cauſa procedunt, † quia forma eſt ſubſtantia & eſſentia actus,vnde ea non ſeruata actus corruit.tex.eſt no.in c.cum dilecta,de reſcrip.in c.piſanis,de reſt.ſpol.in c.quia propter. & ibi Cano.tangunt de vſur,in c.fine except. xij. q.ij. in c.j. de reb.eccle.non alie.lib.vj.l.cum hi.§.ſi prætor, & ibi per legiſtas.ff.de tranſact.qui textus ad hoc ſemper allegari ſolet ꝙ vbi ſolemnitas ſubſtantialis omittitur vel forma non ſeruatur actus qui geritur nullo modo põt aliquid operari ma

ior

ior enim eſt defectus formæ quam materiæ. l. ſi unus.§.acceptilatio. & ibi pulchre per Pau.de Caſtr.ff.de pactis. l.certa forma.& ibi Io.de platea not.C.de iure fiſci lib.x.† & ubi defectus eſt in forma ſi actus non ualet ut agitur nec ualet eo meliori modo quo poteſt textus eſt not. in cap. unico.& ibi Domi. & Phil. franch.de poſt. prela.lib.vi. Bar. Ioan.de Imo.& nouiſsimi in l.i.§.ſi quis ita.ff.de uerb.obli.Panor.in cap.cum ſuper de officio deleg. Ang.in §. fin.inſti.de adopt. Bal.in l.non codicil.C.de teſt. Innoc. in cap. cum dilecti, de elect.Hoſt.Io And.Antonius de Butrio in c.i. de ſacra.reit. uel non.Iaſ.in d.l.cū hi in §. ſi pretor & in auctē. nouiſsima. C.de inof.teſt.& Alex.ac alii in auc.non licet.C.de lib.præ.

CAP. XCVIII.

SVMMARIVM.

Notarios arbitrantes in feudum rē alicui pro ſe & hæredibus cōceſſā ad extraneos hæredes deuolui errare.

1 ☞ *Feudum alicui ſimpliciter conceſſum ad extraneos hæredes deuolui.*

2 *Feudum alicui ſimpliciter conceſſum ad fœminas maſculis extantibus non deuolui.*

3 *Verba ſecundū ſubiectam materiā interpretari debēt.*

4 *Sermones ſecundū ſubiectam materiā ſunt expetēdi.*

5 *Verba ratione ſubiectæ materiæ debent interpretari.*

1 NE aberrent tabelliones nō ignorēt rē alicui †ſimpliciter cōceſſam in feudū ad extraneos nō deuolui hr̄des ſed tantū ad liberos & deſcēdētes qa hęc ē natura feudi qđ nō exiſtētibus liberis vel deſcēdētib⁹ feudū ad dn̄m reuertat vt eſt glo. ord. valde notabilis ī l.ex facto.§.ſi.& ibi di.Bar. Pau.de Caſt.Alex. & cęteri Doct.ff.ad trebel.& in.l.ēt in prin.ff.ſol.matr.& plene

per eundem Bartolũ. in l. Gallus. in §. ſi parente.ff.de libe. & poſt. Bal.in.l.fi.in vi.oppoſi.C. de hær.inſt.idem Bal.in l. liberti libertæq;.C.de op.lib.& in.l.i.in.xlviii.q.ff. de rerũ diui.pro quo eſt bonus tex.in.c.unico in.§.Itẽ ſi clientulus de alie.feu.& in.c.fi. ſi de feu. fue.contro. ĩ vſibus feud. & ita ſe habet cõis opinio ſm Alex.in.d.l.ex facto .§.fi.quicquid dicat Cy.poſt Petrũ in.d.l.liberti. & hinc
2 † eſt quod ſi ſimpliciter facta fuerit inueſtitura feudi, vt filii & filiæ non ſuccedant nec dictũ ſit maſculis nõ extantib⁹ ꝙ tñ hoc caſu non ſuccedunt filiæ fœminę niſi maſculis deficientibus,cum hoc intelligatur adiectum ſm naturã rei de qua agitur,& ratione ſubiectę materiæ cuius natura eſt vt filiæ non admittant extantibus maſculis.tex.eſt not.in.c.i. in.§. filia vero, & ibi Bal.not.& valde cõmẽdat de ſuccesione feu.in vſibus feu. pulcher tex.ĩ.§.quinimo,& ibi idẽ Bal. & Aluar.no.ĩ ti.epiſ. vel abba. ĩ vſi.ſeu.nec admirationi locus eſſe debet cũ verba
3 † ſm ſubiectã materiã debeãt interptari tex.eſt no.ĩ.c. ſolitę. & ibi Can.de mai.& obed.bon⁹ tex.ĩ.l.ſi rẽ ĩ pri.ff.loc. et ĩ l.dã.infe.q̃ dã ĩ pri.et ibi Ang.et ĩ l.fluminiũ.§.hęc ſtipul'o. ff.de dã.ĩfe.bonus tex. ponens quotidianũ caſum ĩ c.fi. et ibi Alu.ſi de feu.fue.cõt.ĩ uſib⁹.feu. tex. multũ. ſing.ĩ l.fi.C. de
4 nõ nu.pe. † & iõ dicebat Ariſt.ꝙ ſermões exponẽdi sũt ſm materiã ſubiectã.& Hora.ĩ arte poet.verſib⁹ exponi tragicis res comica nõ vult.poſteã paucis iterpoſitis elegantisſime ſubiũgẽs triſtia meſtũ vultũ verba decẽt iratũ plena mina
5 rũ ludẽtẽ laſciua ſeuerũ ſeria dicta.& † hinc eſt ꝙ rõne ſubiectæ materię verba ipropriant.d.l.ſi vno.l.iſulã.ff.pſ.ver.l.decẽ de verb.obl.in materia pcepti verba rogatiua ſtãt pceptiue.c. vnico.§.porro. & ibi not.de ſtatu regu.lib.vi.c.cõcupiſcentiam de conſti.gl.ord.in c. rogo. xi.q. iij. una dictio pro alia ponit gl.ord.in l.eas cauſas.ff.de cõd.& demõ. leg.pe. & ibi not.C.de verb.ſig.Io.de Im.in l.fi.ff.de hære. inſt. verba ſnĩæ & ſtatutorũ impropriant.gl.ord.ĩ l.& puto.§. fi.ff. fam. hær. Bal.in l.cũ uirũ ĩ vlt.col.C.de fideicõ.i.c.fin.circa fin.de trãſl.pl.Ro.ĩ ſing.xix.Bar.ĩ l.i.ff.ad le.fal. Pau.đ Caſt.i c.fi.đ empt.& vẽd. & demũ licet vẽditor pmittat emptori đ euic. nõ itelligit pmiſiſſe quoad violẽtiã extraiudicialẽ. l.expulit. & ibi Bal.C. đ act.emp.d.l.dã.inf. & Pan.i c.fi.đ emp.& vẽ.

CAP. XCIX.

SVMMARIVM.

Notarios credentes contractũ cõceptũ per hæc uerba talis conceſſit talem rem in emphiteoſim et quicquid iuris ĩ ea habet fore ẽphiteoticũ grauiter errare.

1 *Contractum cenſualem dici ubi omne ius cõcedentis nõ aliqua pars ꝑ annuo cenſu transfertur.*

2 *Verba debẽt ſecũdum ſubiectã materiã interpretari.*

3 *Verbum oportet non ſemper neceſſitatem importat.*

4 *Oblatio & extimatio ratione ſubiectæ materiæ diuerſos operantur effectus.*

5 *Sĩgulas circũſtãtias et potiſſimũ cõcluſionẽ attẽdẽda.*

6 *Duo contraria in eodem non poſſunt ſtare ſubiecto.*

7 *Oppoſita iuxta ſepoſita magis eluceſcunt.*

NOTARIORVM menti nõ ſolum antememorato ſed & hoc quoq; mõ ihereat.ꝙ.ſ.ſi ĩ inſtro apponant hæc verba, talis cõceſſit ſeianum fundũ ĩ emphiteoſim & quicquid iuris in eo ha

1 bet ꝑ annua pẽſiõe † talis cõtractus nõ emphiteoticus ſed cẽſualis erit, & verbum in emphiteoſim ratiõe ſubiectæ materię ĩproprie eo cãu exponet.i.ĩ cõceſſionẽ cẽſualẽ ꝑpetuã ꝑpter ſubſequẽtia verba & quicquid iuris ĩ eo hẽt. ita ſing. dicit Io.de Imo.ĩ c.audiẽtiã ĩ ii.col.de reb⁹ eccleſię nõ alie. & eſt tex. ĩ c.cõſtitu.& ibi hoc vult Panor.de relig. domi.facit gl.ord.& ſing.ĩ l. Lucius in §. tres hęredes ſuꝑ verbo de

2 omni.ff.ad Treb.ex qua colligiẽ † ꝙ verba cõtractuũ & vltimarũ volũtatũ debẽt interꝑtari ſecundũ materiã ſubiectã. l.plenũ.§.eq tii.ff.de vſur.l.certo generi.ff.de ſeruit.vrb.prædi.Bart.in l.ſi conſtante ĩ.xv.col.ff.ſolut.mat. Bald. in l.vbicunque. C. de iure dot. c. excommunicato, quem ibi ad hoc nota. Panor. de reſcript. capi.primo, iuncta glo.de deſponſ.impub. vbi habetur ꝙ licet verbum oportet ex ꝓprio

M 2 ſignifi-

ſignificatu neceſsitatem importet. tamen ratione ſubiectę materię impropriatur. faciunt ea quæ no. per Iaſ. in .l. ad egregias.ff. de iure iur. per glo. & Docto. in proe. inſtit. in prin. per Sal.in.l. ſi ex cautione.C. de non numerata pecu. Io.And.in.c.cũ nuntius de reſti. Præp.in. c.cum ceſſante de
4 appel.& hinc etiam † eſt quod oblatio & extimatio ratione ſubiectæ materiæ diuerſos poſſunt operari effectus Bar.in l. ſi vt certo.§.nũc videndum.ff.commod.Henr.boi in.c.conſtituti.ff.de in integ.reſt.legiſtę in l.acceptum.C.de vſur.faciũt quæ in ſimili not.per Bar.in.l.i.ff.de gland.legẽ.per Fel. in.c.fi.circa fi.de iud.per gl. in.l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.& ad longum pulcre & eleganter per Lud. de Roma in ſua not. repet.l.ſi vero.§.de viro.ff. ſolut. matr.& Fely. in c. cauſam quæ, de reſcriptis. & ex prędictis notarius qui vult ſecure
5 praticare prouide † conſideret ſingulas circũſtantias & qualitates contractuum. max.quod ad concluſionem reſpiciat in qua ſtat modus agendi gl.ord.& ſing. in.c. ſuper literis de reſcrip.Inno.& Panor. in.c. ex parte.b.de for.comp.Bal. in.l.edita.C.de eden.Iaſ.in.l.i.ff.eod.& Alex.in l.aurelius in §.ſticho.ff.de lib.leg.cautusque eſſe debet ne concluſionem excedat.c.licet hely.de ſimo.l.ut fundus.ff. cõi diui.l.fi.C.de
6 fid. liber. Item † ne ſibi ipſi contrarius ſit nam duo contraria in eodem ſubiecto ſtare non poſſunt.l.ſi inter me & te.ff. de exceptio. rei iudi.l. Pomponius.§. fin.in fi.de proc.l. hæc verba.ff.de verb.ſig.l. ſi vt certo.§. ſi duobus vehiculum .ff. commod. nam & vulgo dici ſolet non bene coueniunt nec ĩ vna ſede morantur maieſtas & amor.gloſſ. in.l.i. ff. de coniung. cum emancip.lib. facit l.vbi repugnantia.ff.de reg. licet alibi dicat Ariſt. in.ii. de cœlo & mundo quod oppoſita iuxta ſepoſita magis eluceſcũt quẽ refert Bal. in.l.i.ff. de his q ſunt ſui vel ali.iu.quod cõtraria contrariis curãtur.c.i.de penit.diſt.ii.c.legimus de conſe.diſt.v. Pau. de Caſtr.in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iure.Iaſ.in.l.manifeſtę turpitudinis & in.l. admonendi .ff. de iureiur. l.quæ contra. in fi.ff. de vulg. & pup.l.penul.C.de ſolut.l.ſi certis annis.C.de pactis.l.obligationum fere.§.placet.ff.de act.& obligat & l.cum de in rem verſo. vbi pulcre per Bar.ff.de vſur.

CAP.

CAP. C.

SVMMARIVM.

Notarios credẽtes copulam(et)ac copulam(cum)eiuſdem fore naturæ erroris filios eſſe.

1 ☞ *Copula coniugit æque principaliter cum non acceſſorie.*

2 *A ſententia in poſſeßorio lata apellari non poteſt.*

3 *Ius patronatus principaliter uendi non poſſe ſed acceſſorie.*

4 *Sblato principali tollitur acceſſorium.*

5 *Vbi duo ſunt legata principaliter uno ſublato aliud remanere.*

6 *Vbi quis offert ſe et bona monaſterio. ſi non tenet ingreſsus, nec bonorum oblatio ualet ſecus ſi ſe cum bonis offerat.*

1 NOTVM ſit tabellionibus inter iſtas duas copulas (&)ac(cũ)non paruam fore diferentiã†quia copula &,coniungit, æque principaliter, cũ uero acceſſorie.l.Titiæ textores.§.nihil.ff.de leg.i.tex.eſt no. in l.ſi cui & ibi Bart.ff.de fund.inſtru.bonus tex.in cap.cum Marthe in §. quæſiuiſti de celebrat.miſſ.facit.l. i. & ii. & ibi Bart.ff.de pecul.leg.§.ſi quis ancillas & ibi Ioan. Faber. inſt.
2 de leg.Panor.in cap.querelam de ſimo. & hinc†prouenit ꝙ ſi lata contra aliquem in poſſeſſorio ſententia is pro ut de conſuetudine ſit dicat ſententiam nullam & ſi eſt aliqua appellet quòd talis actus ualebit quia nullitas non eſt intentata acceſſorie ſed æque principaliter ex ſupradicta, & licet a ſententia lata in poſſeſſorio appellari non poſsit.l.unic.C. ſi a mo. poſ. fuer. ap.; poteſt tamen de nullitate opponi ut ibi atteſtatur Bald.in pe.col.per cle.i.de re iud. quicquid dicat glo.in l. i.cap. eum prou. non eſt neceſſe & ibi Saly. re-

probata per Ioan.de Imol.in l.ſi expreſſim in iiij. col. ff.de appel. Alex.in conſi.ij.tertii uolu. incip. conſideratis. Iaſ.in l.i.ff.de iuſt.& iur. & uidetur eſſe de mente Bart.in d.l.ſi expreſſim. Item & ſecundo ſequitur quod ſi uendo uillam & iùs patronatus quod in ea habeo quod talis uenditio reſpectu iur. patro.non ualet ex quo cum copuletur per copulam (&) uidetur uenire et uēditum eſſe principaliter quod eſſe non poteſt de iur.cap.cum ſecundum de iur. patro. ſecus tñ ſi fieret copulatio per dictionem,cum,ut decidit not.Panor. in d. cap.querelam de ſimo.& eſt de mente Ioan. And.in c. i.de iur.patro.lib.vj.in nouel.& faciunt not.in cap. ex literis
4 de iure patro. † Item & tertio ſequitur quod ſi teſtator légauit fundū cum inſtrumento uel ſeruum cū peculio poſtea q̄ uendat fundum uel ſeruū non ualebit legatum inſtri uel peculii, quia inſtrumētum uel peculiū acceſſorie ad fundum uel ſeruum ueniebat unde ſublato principali tollit acceſſoriū.l.i.& ii.ff.de pecu.l.cū principaliter.ff. de reg.iur.l.ii.§.numi datio.ff.ſi certum peta.l.apud antiquos.C.de fur.c.ſi expenſis de iur.iur.aliud tñ eſt ſi legetur fundum & inſtrumē tum uel ſeruus & peculium quia duo ſunt legata eque prin cipalia, unde uno ſublato aliud remanet.§. affinitatis inſti. de leg.l.ſi cui,ubi uidetur caſus ad literā. & Io.Fab.in d. §.ſi
5 quis ancillas ubi etiam cōcludit † ꝙ ſi quis tempore ingreſſus monaſterij uel profeſsionis in hunc modum uerba proferat.offero me & mea ſi nō ualet ingreſſus,nihilominus bo norum oblatio ualet, ſecus ſi dicat offero me cū bonis meis, quia bona ſunt acceſſoria ad ingreſsū. ut no.in auc.ingreſsi.
6 de ſacroſ.eccl. de natura tñ † iſtarū copularū latius habet ꝑ Bal. in l.i.in vi.col.C.qñ nō pet.par.in rub. C.de cōtr.emp. in ix.queſt.& in l.i.ff.de iuſt.& iure.per Cy.in auct.ii. C.de ſecund.nup.Fely.in cap.ii.in xix col.de reſcrip.Io.And.in c. pleriſq; de elect. Ludo.Roma. in conſ.clxvi.incip.viſis diligenter, For.& Lud.de ſancto Petro in l.quæſitum.§.fi.ff.de lega.iii.Bart.in l.Seiæ.§.Gaio.ff.de fund. inſtruct. Iaſ.in l. i. ff.de iuſti. & iur.et in extrauag.ad reprimendum in ver.uidetur, et in aliis pleriſque locis quos enumerare magis laborioſum quàm utile foret.

CAP.

CAP. CI.

SVMMARIVM.

Notarios ab aliquo ex contrahentibus deceptos ignominioſos fore.

1 *Multis modis homines decipi.*
2 *Per fallaciam æquiuocationis.*
3 *Per fallaciam amphibologiæ.*
4 *Amphibologiæ fallacia dupliciter prouenit.*
5 *Per fallaciã accidẽtis cõſequẽt.cõpoſi.uel diuiſionis.*
6 *Retorquutionem eſſe modum efficaciſſimum ad conuincendum aduerſarios.*

1 STVDEANT notarii ne ꝑ fallaciam † alicuius ex contrahentibus decipiant, ad hoc vt
ignominiã notariatꝰ nõ incurãt.l.ij.§. ſeruiꝰ
ſulpitiꝰ verſ.turpe eſt.n.ff.de ori. iur.l, quędã.
ff.de edend. varię.n.ſunt fallacię quibꝰ homines decipiuntur.vt ꝑ gl.& doct.in l.quoties đ ſtip.ff.đ ṽ.ob.
ĩ l.ea eſt natura.ff.de reg.iu. ĩ l.natura cauillationis.ff.đ ver.
ſig.in l.cũ hi.§.prętor.ff.de tranſ.in l.i.ff.de in integ.reſt. fal-
2 lunt.n. † ꝑ fallaciam æquiuocationis permutationẽ dictio-
nis, vt ĩ illo Sophiſmate omnis canis ẽ latrabilis, ſidus cęle-
ſte eſt canis,ergo ſidus cęleſte eſt latrabile. de quo ꝑ gl.in d.
l.quoties.vel ĩ eo q currit hẽt pedes,Seneca currit,ergo hẽt
3 pedes.đ quo ꝑ gl.ĩ l.ii.ff.de of.proc.& leg.fallunt † ꝑ fallatiã
amphibologię hoc eſt mutãdo aliquid ĩ orone penes ſignifi
catũ, vt ĩ illo ſophiſmate qcqd eſt Nicolai poſsidet a Nico-
lao,iſte liber eſt Nicolai ergo poſsidet a Nicolao đ quo ĩ d.
l.quoties, vel ĩ illo verũ ẽ panẽ comẽdere carnẽ.đ quo ꝑ gl.
ĩ l. fundũ cuiꝰ.ff.đ euic.ĩ l.liberorũ.§.pe.ff.đ leg.iij.& ĩ l. ſub
cõditione.ff.de accep.ĩ l.cũ filiũ, đ inof.teſt.& ĩ l.ſi ex modi-
4 ca.ff.de bonis libe.& eadem fallacia prouenit † etiam cum
propoſitio aliqua eſt duplex multipliciter intelligibilis ſiue

hoc veniat ex diuerſo modo punctuandi ſiue aliud exemplum primi.in l.nemo Iudæorum. C.de iud. & in cap.i.iuncta ſua ſing.glo.in verbo clericum de tempor. ord.lib.vi. ꝙ patet ex eo verſu.porta patēs eſto, nulli claudaris honeſto, punctuando ante vel poſt dictionem nulli, & ibi interficere reginam bonum eſt timere nolite punctuando ante vel poſt verbum timere & ibi ibis redibis nō morieris in bello quod vt fertur fuit dictum a ſpiritu quodam. d. Florentiæ punctuando ante vel poſt dictionem non, exemplum ſecundi in l.vxoris in fi ff.de his qui not.infam.& in d.l. cum filiū Albe.de roſa.in d.l.nemo iudæorum vbi refert. d. Alberto troto d. placentia de ſtatu ſuo inquirenti demoniacum reſpondiſſe ſpiritum dn̄e ſis ſecurus inimici tui ſuauiter intrabunt terram & ſubiicientur domui tuæ, & facit etiam illud Apollinis reſpōſum Cræſus perdit halim tranſgreſſus maxima regina capiendo verbū perdit ꝓ deſtruet ſeu amittet. & illud.aio te eacidem Romanos vincere poſſe de quo per gloſſ. in l. veteribus. ff. de pactis in l. in ambiguo. ff. de
5 reb.dub.falluntur † etiam per fallacia accidentis conſequētis compoſitionis ſeu diuiſionis vel per fallatiam figurę dictionis ſecundum logicos de quibus late per Ioan. And. in regula ſine culpa xi.col.de reg.iur.in vi.in mercu. per Pau. de Caſtr.in l.poſsideri.§.i.de acquir. poſſ.per gloſſ. in l. manumiſsiones.ff.de iuſt.& iur.in l.ij. de cond. inſt.in l.quæ de tota.§.interea.ff.de rei vend.& in l.ſi dictum . ff. de euict. vt in illo ſophiſmate, aſina pullum habēs eſt mater eſt tua q̄a tu es dominus ergo mater tua. in illo. Titius eſt albus & eſt monacus ergo albus monacus in illo.quicquid hodie emiſti comediſti carnes crudas emiſti, ergo comediſti.de quibus in locis præaleg. & in l.i.ff.de reg. cato. & ideo vbi quid ſimile notariis proponitur debent caute contra proponētē id retorquere, hic enim eſt modus efficaciſsimus aliquē vincēdi c.in oī negocio. & ibi Doct.de teſt.bonus tex.in c.qui ſincera.xlv.diſt. l. ſed an vltro poſt med.ff.de nego. geſt. faciunt not.in l.i.ij.& iij.ff.quod quiſque iur.

CAP.

CAP. CII.

SVMMARIVM.

Notarios verboſa conficientes inſtrumenta fore reprehenſione dignos.

1 ☞ *In multiloquio non deeſſe peccatum.*
2 *Virtutem conſiſtere in paucis.*
3 *Iudicem finem imponere poſſe aduocato verboſo.*
4 *Superfluitatem reijciendam.*
5 *Obſcuritatem fore euitandam.*

CAVEANT ſummopere notarij ne verboſa
conficiant inſtrumenta non vti breuitate ni-
tantur. Dilactare enim filaterias non eſt lau-
1 dabile. † Et Salamon inquit. In multiloquio
nō deeſt peccatum, nam dicit, quis effuſo vti-
tur ſermone in promptum incidit periculum. l.fi.in fi. C.de
2 dot.prom. & ideo breuitas ſemper comentatur, † quia vir-
tus conſiſtit in paucis, & nil immenſum eſt bonum. in auth.
de min.ord.in prin.l.fi.§.j.C.de appell l.fi. de preci.Imp.off.
l.fi.C.de donat.l.j.in prin.ff.de off.præf.præt.xxiij.diſtinc.in
princ.c.quia in tantum, extra de præb.l.comperiturus. C.de
3 prox.ſacr.lib.xij. † Et propterea iudex finem imponere po-
teſt aduocato multum verboſo.l.quiſquis. C.de poſt. l.am-
pliorem de appell.l.tanta.§.quid autem. C.de vet.iu.enucl.
l.ex ea.vbi glo.not.ff.de poſt.l.moris.ff.de pœnis, & interdi-
cere aduocato multum oranti.l.prox.circa fi.ff.de his quę in
teſta. delen. & eſt deciſum in conſtit. regni quæ incipit, pro
4 cultu iuſtitiæ, † vnde omnis ſuperfluitas reiicitur, ut in-
quit Bal.in l.Gallus.§.j.in iij.oppo.ff.de lib.& poſth.& in l.j.
per illum tex.ff.quod met.cau.facit §.quibus, in j. conſti.C.
5 & in prohe.decre.§.pen.ver.reſecatis ſuperfluis, † dummo-
do obſcuritas non inducatur, vt eleganter inquit Bal. in l.fi.

C.de

C.de appel.ne id eueniat, de quo cecinit Horatius, obſcurus fio dum breuis eſſe laboro, vt per glo.in prohe.ff or.in ℣.cōpendium, & obſcuritas reprobatur. l.ſi legatarij.§.fi. ff.de fideicom.liber.l.ita fidei.ff.de iure fiſci.c.erit autem lex. c.fin. de conſti.vbi Abb.& Docto.

CAP. CIII.

SVMMARIVM.

Notarios credentes vel barones extra eorum comitatum vel baroniam non poſſe notarios creare non recte ſentire.

1 *Comites extra comitatum milites creare poſſe.*

2 *Quæ voluntariæ ſunt iuriſdictionis poſſe extra territorium exerceri.*

3 *Epiſcopos poſſe extra epiſcopatum conferre ordines.*

4 *Comites nondum comitatus poſſeſſionem adeptos poſſe notarios creare.*

5 *Reges non coronatos priuilegia poſſe conferre.*

COMPERTVM Tabelliones habeant, ꝙ comites Palatini vel barones extra eorum comitatum vel baroniā notarios creandi facultatē habent, vt in ſimili inquit Bart.in l.i.ver. ſed tamen dubitatur, in xj. col.C.de dignit.li.
1 xij.inquiens ꝙ † licet comites vel barones extra eorū comitatum vel baroniam vt priuati homines habeantur.ff.de of. præf, vrb.l.fin.cum ibi nota.l.apud ff.de manu.nihilominus
2 poſſunt milites creare † quia ea quæ ſunt voluntariæ iuriſditionis poſſunt extra territoriū exerceri.l j.& ij.ff. de offic. proc.& leg.& faciunt not.per gl.& Doct.in c.nouit. de offic. leg & refert, ac ſequitur ibi hoc dictum Barto.And. Sicul.in xj.col.in ver.& ex iſta gloſ. & dicit audiuiſſe aliàs fuiſſe du-
3 bitatum Bononiæ ꝙ cū Eps Aſtenſ. tranſiens per illam ci-

uitatem

uitatē ordinauerit aliquos ſcholares an potuerit hoc facere & concludit ꝙ ſic, quia ſi poteſt conferre beneficium, ergo & ordines, vt præclare inquit Bal. in d.l.ij.ff.de of.proc.& faciunt not. per Bar. in l.cunctos populos. C.de ſum.trin.& fi.
4 catho.& ſimiliter etiam comites vel barones iurati, licet nōdū poſſeſsionē comitatus fuerint adepti notarios creare poſſunt. cle. Romani. §.porro. iuncta gl. in ver. reges, de iureiur. & ibi Io. And. & in c. auaritiæ in ver. eccleſiarum, de electio.
5 lib. vj. † & ideo dicebat Bald. in titu. de pace conſtan. in §. quod nos, in princ. per illum tex. quòd rex electus, licet non coronatus priuilegia concedere poteſt, faciunt not. per Cy. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſ. & refert Hoſt. vidiſſe in Alemania ita per principes teneri & iudicari. faciunt not. per Card. in d. §. porro. in ij. col. verſ. ſecundò quęro, an Romanorū rex vbi concludit ſtandum eſſe opinioni ſupra citatæ. gl. propter antiquam approbationem vim conſtituti habentis. c. j. de priuil. lib. vj. & idem tenet Pet. de Anchar. poſt Paulum in xviij. notab.

CAP. CIIII.

SVMMARIVM.

Notarios arbitrantes arbitrum non præſumi acceptare compromiſſum ni expreſſe onus ſuſcipiat non rectæ fore opinionis.

1 *☞ Compromiſſum effectum non ſortiri niſi ſequuta arbitri acceptatione.*

2 *Tempus in compromiſſo limitatum non currere, niſi a die acceptati compromiſſi.*

3 *Procuratorem præſentem apud acta conſtitutum intelligi acceptare.*

4 *Iudicij præſentiam ſtipulationem operari.*

5 *Quemlibet præſentem in fideiuſſ. nominatum & tacentem intelligi fideiubere.*

NON

NON dubitent tabelliones quòd ſi inſtrumen
to compromiſsi dicatur, compromiſerunt in
Titium pñtem, neceſſario ſubintelligitur non
acceptantem, licet altera expreſſa requiratur
acceptatio. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbit.
1 de. j. de procu. c. Ioannes, de teſt. † & eſt notabile, nam com
promiſſum factum in aliquem, non habet effectum niſi fue-
rit acceptatum, quia ea quæ dependent à conſenſu duorum
non perficiuntur niſi vtriuſque conſenſu concurrente. l. La-
beo. §. hæc verba. ff. de verb. ſig. l. abſenti. ff. de donatio. l. iij. §.
nam & ſi neminem. ff. de arbitr. l. fi. ff. de contrah. emp. & ex
2 alio non eſt modici effectus, † quia tempus in compromiſ-
ſo limitatum non venit niſi a die acceptati compromiſsi. gl.
in ver. compromiſerit relata ad text. in l. ſicuti dies in princ.
ff. de arbitr. caſus eſt multum not. in l. ſi in diem. ff. de cond.
3 & demoſt. † & prædicta fore vera comprobat Bal. in l. inui-
tus. C. de proc. vbi eleganter dixit, quòd ſi quis procuratorē
conſtituit apud acta præſentem, quòd licet aliter non appa-
reat de acceptatione propter authoritatem iudicij, præſu-
mitur acceptaſſe mandatum, & ea propter ſi id verum eſt in
procuratore cuius officium verſatur circa placitandas lites,
quod eſt odioſum, multo magis in compromiſſo concludē-
dum eſt, quod tendit ad lites dirimendas, & eſt fauorabile.
l. properandum, in prin. C. de iud. Spec. in tit. de arbit. §. fin.
4 verſ. ſed nunquid arbitrator. † & ideo dicebat Bar, in l. ſciē-
dum. ff. de verb. ob. quòd præſentia iudicij operatur ſtipula-
tionem, licet verba non interueniāt, & dixit eſſe notabile cū
altera extrinſeca non præſumatur. l. quæcūq;. §. ſi a pupillo.
5 ff. de publ. † & Bal. in l. i. ff. de verb. obli. ꝙ ſi quis fideiuſſorē
dare obligatus apud acta iudicij dicat Titius hic præſens
meus eſt fideiuſſor, quòd ipſe Titius præſens audiens & ta-
cens fideiuſſor conſtituitur, & eſt caſus ſingularis in l. cum
oſtendimus. §. fina. ff. de fideiuſſ. l. Blanditius. C. eo. licet ſti-
pulatio non interuenerit, quæ altera neceſſaria eſt. l. quinta.
§. ſatis. ff. de verborum obligat. & licet ubi tractatur de ali-
quo, obligādo tacens non habeatur pro conſentiente. gloſ.
nota. in l. Gaius. ff. de pigno. act. pro qua facit l. ij §. volun-
tate.

tate.ſolu.matrim.ſed id iudicij operatur authoritas. l.iij. C. quomodo & quando iud.

CAP. CV.

SVMMARIVM.

Notarios tenentes commiſſum alicuius arbitrio in liberum eius arbitrium commiſſum intelligi iuſtam non amplecti ſententiam.

1 *Humanam voluntatem dupliciter conſiderari.*

2 *Verbum plenum & ſimile liberum arbitrium denotare.*

3 *Habentem liberum arbitrium poſſe recedere a regu. iuris.*

4 *Debentem iudicare arbitrio boni viri id debere ſentire quod bonus vir arbitraretur.*

5 *Liberum arbitrium habentem nec donare nec dolum committere poſſe.*

PROSPICIANT Notarij, quòd vbi aliquid in aliquo contractu eſt commiſſum alicuius arbitrio, id non intelligitur commiſſum in liberum eius arbitrium ſed tanquã in bonum virum, prout cõcludit. Bar in extrauag. ad reprimen. in ver. videbitur. contra opinionem gloſſ. in l. Thais. §. Lucius. ff. de fid. liber. Bart. & probatur opinio per illum text. in §. Lucius. & ſuadetur nam mortalium volun-
1 tates † dupliciter conſiderantur vno modo quando homo aliquid vult regulata vel non regulata ratione, & ſuum ſequitur apetitum etiam inordinatum, & hæc vocatur libera voluntas vel liberum arbitrium, alio modo quando id vult quòd clara & recta ratione ſuadetur, & hæc vocatur trium arbi-

arbitriũ boni viri, quia ſic bonus vir faceret & arbitraret, &
2 † ideo vbi ſimpliciter quid alicuius eſt commiſſum arbitrio, tanquam in bonum virum commiſſum intelligitur, vbi autem ad arbitrium eſt anexum verbum plenũ, vel quid ſimile liberum denotatur arbitrium, vt habetur in l. fideicommiſſa §. quæcunq; ff. de leg. ij. & in l. cum quidã. eo. ti. iuncta l. ſocietatem. §. arbitror. ff. pro ſocio. l. hæc venditio, de contrah.
3 empt. l. ſi ſic, in prin. ff. de leg. j. † & effectus præmiſſorum eſt, nam vbi quid eſt collatum in liberum alicuius arbitrium, is poteſt oĩa facere omiſſa etiam iuris ciuilis reg. vt not. in l. j.
4 ff. de ſtatu mil. & per Bar. in d. extrau. ad reprimẽ. † vbi autẽ eſt collatum ad arbitrium boni viri, id tantum poteſt quòd bonus vir faceret & arbitraretur præallegato §. arbitror. id vnum tamen ignorandum non eſt, ꝙ is cui liberum eſt con
5 ceſſum arbitrium † neq; donare, neq; dolum committere poteſt, quia in generali ſermone neq; donatio comprehenditur, neq; dolus intelligitur eſſe permiſſus. l. fil. fam. §. j. de donat. l. venditor. §. Lucius. mand.

CAP. CVI.

SVMMARIVM.

Notarios iſtius fore dedere ſententiæ ꝙ compromiſſum prorogari per longiorem terminum non poteſt quã fuerit terminus in compromiſſo poſitus.

1 *Neceſſaria ſuadente cauſa terminum prorogationis poſſe eſſe maiorem quàm fuerit terminus compromiſſi.*

2 *Prorogationem fore prioris termini extenſionem.*

3 *Prorogationem fieri debere ſubſtantia non mutata.*

4 *Compromiſſum factum ſine pœna fore maioris efficaciæ quàm cum pœna.*

5 *Prouiſionem hominis tollere prouiſionem legis.*

ADVER-

ADVERTANT Notarij ꝙ vbi cõpromiſſum prorogatur tẽpus prorogationis maius eſſe non poteſt q̃ fuerit primus terminus in compromiſſo poſitus. argu.l.ſancimus. C.de fid.& Auth.qui ſemel.C.quom. & quan.iud.
1 niſi † neceſſaria cã ſuadeat, de qua euidenter conſtare debet in ſuo conſi.quod incipit Nob.V.Vectius de aduocat. & ra-
2 tione†ſuadetur, nam prorogatio eſt prioris termini exten-ſio durante adiectione priori tẽpore in cõpromiſſo ſtatuto l.ſed & ſi manente.ff.de præc.gl.in l.Labeo ait.§.fi.ff. de arb. & in l.ſi cum dies in prin.ff.eo.tit. & prorogatio debet fieri ſubſtantia non mutata ſecundum Bal.in c.quinta vallis, de
3 iureiur. † quia non plura ſed vnicum eſt compromiſſum.d. l.Labeo. §.fi. & ideo non debet maius tempus in prorogatione limitari q̃ fuerit in compromiſſo. Aduertant quoque
4 ad illud in materia compromiſſoria † mirabile ꝙ ſecundũ cõpromiſſum factum ſine pœna eſt maioris efficaciæ q̃ compromiſſum factum cum pœna. nam primo caſu lapſis decẽ diebus & ſequuta emologatione tacita vel expreſſa, ex ſententia oritur actio, vt not.in l.cum antea, in prin. C.de arbi. ſecundo vero caſu nulla oritur actio ſed tantum pœnæ petitio.l.ij.ff.eo.& ita tenet Lanfran.de Oriano in ſuo tract.de
5 compro.circa prin.cuius quidẽ ratio eſt, quia † prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.& not.in l.fina.C.de pact. & per Cyn.in l.ij.C.de iure emphit. prouiſio autem l.eſt ꝙ ex ſententia actionali oriat̃ actio. d.l.cum antea. prouiſio vero hominis appoſitio pœnę, qua appoſita ceſſat legis prouiſio, quia compromiſſarij prouiderunt de remedio pęnæ, vt eius metu ſtetur ſententiæ, vt not.in l.j.C.de arbitr.

CAP. CVII.

SVMMARIVM.

Notarios tranſactionis inſtrumentum ſuper lite ficta conficientes errare.

1 ☞ *Verba notarij non attendi vbi lex reſiſtit.*

In

2 *In tranſactione requiri quòd in ueritate ſit lis.*
3 *Litem eſſe in facto conſiſtere.*
4 *Ad qualitatē cōtractuum iudicandū effectum inſpici.*
5 *Contractum ex defectu finalis cauſæ vitiari.*
6 *Ob falſam cauſam in contractu appoſitam locum eſſe repetitioni.*

NON Ambigant tabelliones quòd tranſactio inita ſuper lite ficta nullius eſt momenti, vt notat Ang. per illum tex. in l. ſi cum hi. §. ciui-
1 lem. ff. de tranſact. † & iſto caſu verba notarij non attenduntur, quia lex reſiſtit potentiæ tranſigendi, vt inquit Ange. in loco præallega. & ibi Paul. de Caſt. & idem Ange. in conſ. ccxv. incip. reperitur in quadam
2 charta, col. ij. & iiij. † quia ſubſtantia tranſactionis eſt, quòd ſit in veritate lis vel ſaltem ex parte rei probabilis timor litis l. j. ff. de tranſact. l. ij. C. eo. nec minus ſtatur partium aſſertioni. d. §. ſi cum lis. Alex. in l. ſi cum cognita. C. de tranſ. col. fi. verſ. quintò limita. & Abb. in c. expoſita. col. fi. de ar-
3 bitr. † & ratione ſuadetur, nam litem eſſe in facto conſiſtit, & ea quæ in facto conſiſtunt non præſumuntur niſi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & poſt. reuer. c. cum in iure. de off. deleg. & hoc modo arguit Bal. in rub. C. de fid. inſtru. col. iij. & tranſactio peculiarem hanc naturam habet q̄ quędam in ea requiruntur quæ non poſſunt partium conſenſu remoueri, & inter cætera quòd ſit lis. l. tranſact. C. de tranſact. not. Bar. in l. ſi forte. ff. de Caſtr. pec. glo. & Docto. in l. ſi donatio. C. de donat. & ideo nimirum ſi tranſactio facta ſu-
4 per lite ficta non tenet, quia † ad iudicādum qualitatem cōtractus effectus rei cōſiderari debet non nominatio, vt Bar. not. in l. ij. C. commod. verſ. iuxta hoc quæro, allegans l. inſulam, de præſcr. verb. Abb. in c. conſtitutus. colum. fi. per illum
5 tex. de relig. dom. Nam † contractus vitiatur ex defectu cauſæ finalis, vt not Bal. in l. nec apud. C. de hæred. inſt. allegans l. j. C. de cond. ob cauſ. & in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. & in rub.

rub.de conſti.pecu.col.j.in fi. Barto.in l.demoſtratio falſa.§. quod autem.col.fi.ver.ſextò quæro,de cond. & demonſtra.
6 inquiens † quòd cauſa falſa in contractibus parit repetitionem,vt in ſimili tradit Cumanus in conſ.clvj.viſa ſerie. col. fin.& Fulg.in conſi.xxiij facit l.j. l.quod indebite. l.eleganter.ff.de cond.& demonſt.& l.j.C.eo.tit.

CAP. CVIII.

SVMMARIVM.

Notarios in legato auri uel argenti numeratam comprehendi pecuniam iudicantes non ſani fore iudicij.

1 *Pecuniam habere debere tantam vtilitatem in forma,quantam in materia.*

2 *Auri vel argenti appellatione pecuniam non comprehendi ob diuerſam rationem.*

3 *Pecuniam non fore aurum vel argentum ſimpliciter.*

4 *Vnum quodq; tale eſſe,quale denominatur.*

5 *Talia fore ſubiecta,qualia prædicata demonſtrantur.*

CAVEANT Tabelliones quòd in legato auri vel argenti pecuniæ numeratæ nõ comprehenduntur,vt eſt tex.not.in l. cum aurum,in prin.ff.de aur.& arg.le. & in l.Quintus.§.j.ff. eo.tit.licet enim pecunia ſit de auro vel argẽ-
1 to, & † tantam vtilitatem debeat habere in forma, quantã in materia.l.j.cum gl.ff.de contrah.empt.not.Bar.in l.ij.§.j. ff.ſi certum.pet.in l.Paulus.in ij.q.de ſolut.tamen tex.in d.l. Quintus, inquit nõ facile quiſquã argenti numero nummos
2 computat, quia † illa indefinita nominatio auri vel argenti non trahitur ad pecuniam numeratam,in qua adeſt diuerſa ratio : argumen. l.quæſitum.§.illud,de lega.iij. per Dynum

N in rub.

iu rub.de regul. iur. in vj. Nam pecunia non eſt ſimpliciter aurum nec argentum,ſed ſecundum quid.arg. l.hoc legatũ, de legat.iij.l.talis ſcriptura.de leg.j.c.j.xiij.q.iij.faciunt not. per Bal.in l.ſi pater.§.qui duos.ff.de adopt. & ob id non au-
4 rum nec argentum, ſed pecunia nominatur. & † ideo auri vel argenti appellatione non venit, quia vnumquodq; tale eſt quale denominatur.vt eſt text.nota. in l.aurum.§.j.ff.de annu.leg.bonus text.in l.Lucius.j.ff.de fideicom. liber. & in l.j.in fi.C,de off.præf.in c.quoniam Abbas, de off. delega.l.
5 nonnunquam ad Trebell.& c.requiſiſti,de teſtam. † & talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant.l.iij.in princ.& ibi Bart.ff.de fund.inſtr.l.ſi defenſ.§.qui interrogatus. & ibi Bald.ff.de interrog.act.§.præterea.inſtit.de inuti.ſtipu.cap. inter dilectos.& ibi glo.de fid.inſtru.

CAP. CIX.

SVMMARIVM.

Notarios habentes aliquid iuxta eorum conſcientiam agere, & iudicio diſcretionis id non dirimentes lucem odio habere.

1 ☞ *Conſcientiam fore ſenſum animæ bonum & malum cognoſcentis.*

2 *In iudice duos ſoles adeſſe debere.*

3 *Triplicem eſſe conſcientiam.*

4 *Tripliciter homines moueri.*

5 *Notarios fore in malo prædicamento.*

6 *Notariorum verba multoties non debere attendi.*

NON ignorent tabelliones quòd ea quæ eorum ſunt remiſſa conſcienciç iudicio diſcretionis dirimere habeat. ut eſt tex.ſing. in c.ii.de reg.lib.vi. in uer.dummodo non deſit iudiciũ diſcretionis:

et facit quòd habetur in c.qualiter.il ſecundo, de accu. ubi habetur quòd iudex debet ſuam conformare conſcientiam ſecundum iura. † conſcientia enim ut inquit Bal.in
1 auct.ad hæc: uerſiculo ſed dubitatur, eſt ſenſus animæ bonum et malum cognoſcentis. et ideo dicebat idem Bald.in l.hac lege. C.de ſen.ex peri.recit.quòd in iud. deberét adeſſe duo ſoles ſol conſcientiæ & ſol ſcientiæ.†ad hoc allegãs c.
2 cum eterni. de re iud.lib.vj.& facit c. cũ contigat.de reſcrip. c.cum R.canonicus de officio deleg.ꝙ voluit Rom.in conſi. cccxxv.Bald.in l.i.ff.de iuſt.& iure.& idem Bald. in l.ij.C.de
3 pęna iud.qui male † iud.vbi ait triplicem eſſe conſcientiam vnam ligatam rebus viſis aliã rationibus legum & tertiam motiuam adherentem quibuſdam imaginibus intellectus. & quòd hęc tertia ſpecies non ligat animam noſtram, quia non eſt compulſiua nec arctatiua ſicut duæ primę ſpecies &
4 naturaliter dici ſolet tripliciter moueri hoĩes † lege ratione & exemplo. cap.nouit. de iud.c. venerabilem de elect.l. fluminum.§.adiicitur.de damno infect.l.librorum ver.nam nos docet.ff.de ver.ſig. c.ſacerdotibus.xi.quæſt.i.l.antiqua. ff.ſi parſ.hered. pet. & moueri lege uel ratione, eſt neceſſarium,exemplo nõ probabile.c.ſignificaſti. c. fraternitatem. de frig.& male.l.i.C.de proff.& med.l.i.C.de leg. l. ſi de in-
5 terpetrat. ff. eod. † & eapropter ſint circunſpecti notarij, quoniam moderna docet experientia eos in malo fore prędicamento & multa ex eorum ceruice factum arbitratur. & dicebat And.ſicu.in cõſ.52.inci. ſcripſit eleganter eccleſiaſtes in ij.vol.quòd licet glo.in l.ab Anaſtaſio C.man. dicat quòd aduocati omnia mala nouerunt & de notariis non loquatur quòd nihilominus priora faciunt in inſtrumẽtis hac iniquitate temporũ confectis apponendo in eis uerba quæ a partibus nõ dicuntur.& ob id dicebat egregie Bal. in l.quoties.
6 C.de hær.inſt. †quòd uerba notarij multoties attendi non debent quando maxime ex capite ſuo & ex quodam ſuo ſtilo videntur appoſita cuius opinionis fuit & Bart. in l.i.ff.de codi.& Innocen.in c.fraternitatis. de elect.

CAP. CX.

SVMMARIVM.

Notarios non vigilantes in conſeruatione boni nominis non leui fore nota dignos.

1 ☞ *Ex probata vita multa commoda prouenire.*

2 *Præſumendum non eſſe peritum hominem facere deteſtatione digna.*

3 *Notarium propter bonitatem vitæ non poſſe ſuſpectum allegari.*

4 *Bonæ uitæ hominem proditorem non præſumi.*

5 *Eum fore uitæ probatæ, qui alijs facit quæ ſibi fieri uellet.*

6 *Ob uitæ alicuius meritum a iure non recedi.*

7 *Bonos etiam ſepenumero errare.*

NITANTVR Totis viribus tabelliones viros eſſe peritos bonę fidei ꝓbatęq; vitę, † quia ex his multa conſequentur commoda. bono enim viro indubitanter creditur, nec ꝙ mentiatur credendum eſt, vt ait elegans gloſ. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demonſtr. & dicebat Hoſti. in c. finem litibus. de dolo & contu. ꝙ non eſt pręſupponendum quod † vir probatæ vitæ faciat quid deteſtatione dignum. & facit ad id tex. not. in c. ij. de ope. no. nun. & in c. in noſtra, de proc. glo. in c. expedit. xij. q. j. & facit quod dixit D. Antó. in c. poſtremo, de app. vbi ait iudicem vel notarium vtri ex partibus coniunctum † propter bonitatem vitæ non poſſe ſuſpectum allegari, & ſapienter refert Bald. in l. ſi bona fide. ff. de rei vend. excuſatum fuiſſe in quæſtione facti poteſtatem Bononiæ qui aſsignauit totum palatium pro carcere recepta iuratoria cautione cuidam graui & probatæ vitæ viro, q aufugit

aufugit ex eo quòd bono viro credidit. & ſimiliter refert Io.And.in addit.ad Specu.in tit.de loca.circa princ.quòd nō
4 eſt tenendum,quòd vir bonæ vitæ ſit proditor.facit c. Lugdunenſ.xij. q.iij. & quod voluit Bal.in c.cum contingat, de reſcript.& gl.in l.j.§.j.ff.de ripa mun.& in l.ſemper.ff. de regu.iur.quòd iura multum honeſtis viris deferunt,qui a fructibus cognoſcuntur, vt euangelica veritas ait, à fructibus eorum cognoſcetis eos. & Io.viij.vos ex patre diabolo eſtis,
5 quia † quæritis facere opera eius. & ex hoc vno potiſsimum dignoſcentur, quando in aliis ea facient, quæ in ſe ipſis fieri vellent,iuxta ſing.l.j.ff.de ſolu.& quod ſcriptum eſt in euāgelio Mathæi,quodcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem facite illis vt habetur in cap.humanum genus. j.diſt. in l.ceteræ.§.ſi.ff.famil.hærc, & in l.ſi pendentis. ff. de vſufr, & quod belliſsime concludit Bal.in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iu.
6 & præmiſſa † vera ſunt, vbi ea faciunt quæ de iure fieri debent, ſecus econtra, nam ob vitæ alicuius meritum non eſt à iuris diſpoſitione recedendum, vt eſt tex.ſing.in c.j.vt lite
7 pend.& † ſæpenumero bonus dormitat Homeros c.ne quis cum nouerca.vbi glo.elegans.xxxij.q.vij.nota.in l.recuſare. ff.de acquir.hæred.

CAP. CXI.

SVMMARIVM.

Notarios rogantes inſtrumenta apoſtillata uel interlineata in promptum incidere periculum.

1 *Inſtrumenta abolita non facere fidem.*

2 *Scripturam interlineatam eſſe immundam & non probare.*

3 *Vbi oritur dubium ſuper inſtrumento ad protocolum recurri.*

4 *Extenſionem à protocolo dependere.*

5 *Vbi inſtrumenta ſunt appoſtillata de appoſtillis notam faciendam.*

6 *Exemplantes ſcripturas appoſtillatas de appoſtillis mentionem facere debere.*

SVMMOPERE caueant notariatus officium exercentes ne inſtumenta propria vel aliena manu ſcripta habentia appoſtillas in
1 imaginibus rogēt, indubitanter.n. talia† inſtrumenta cũ ſint abolita & cancellata nõ ꝓbant. ut not.Bar.in l.diuus.§.item Senatus. ff.ad leg. Corn. de fal.in l.ſi uerus.C.de teſta.in l.i.§.& ideo.ff.de his quæ in teſta. delent.Bal. in auct. ſi quis in aliquo.C.de eden.Ang. & moderni in l.ſi ita ſtipulatus.§. Griſogonus.ff.de verb. o-
2 bli.& ratio eſt, quia † ſcriptura interlineaturas habens non eſt mũda & ſcriptura immunda non facit fidem. ut declarat Bald. in l.contractus, in .v.ſolut.in ver.deinde quæro.C.de fide inſtr.pro quo allegat tex.& non dicit ſing.in.§.& quod
3 ſæpe.in auct.de trien.& ſemiſ.† & ob id dicebat idem Bald. in rub.de fide inſtrum.ver. & quæro,quòd vbi oritur dubiũ tunc ex inſtrumento debet recurri ad protocolum. iuxta §. illud auct.de tabelli.ex quo non debet plus eſſe in extenſione quã ſit in protocolo,eo uno duntaxat excepto quòd virtute dictionis et cętera appoſita ad clauſulã inſtrumẽti põt notarius illas clauſulas exceteratas extendere, vt ibi ꝑ eũ. & in l.gallus.§.quidam recte.ff.de lib.& poſt. & per Spec. in titulo de inſtrumentorum editione.§.oſtenſo ver.ſed quę-
4 ritur.† & ex his dicebat Bar.in l.Sempronius proculo. ff. de lega.ij.& Bal.in l.Imperator.ff.de ſtatu homin. & in l.ij. C. de teſt. quòd ſi notarius rogatus de inſtrumẽto interlineato illud extẽdit ſine interlineaturis in errorẽ incidit.ex quo extenſio a protocolo differt. & ideo non probat l.ſi quis argentum in ſi.ff.de eden.c.ſi ad ſacras. ix. diſt.c.cum P.tebellio.de fide inſtru.c.dudum de conuer. coniug. & ideo Bald.
5 in l.captatorias.C.de teſt.mi.inſtruit notarios †quòd faciãt notam quòd de inſtrumento cum appoſtillis fuerunt ro-

gati

gati,& quòd de appoſtillis etiam mentionem faciant.iux. l. hac conſultiſsima. C.de teſt.ne aliàs ob cancelationē vel interlineaturam inſtrumenta reducātur ad cauſam imperfecti & non probent l.i.ff.de his quæ in teſtam.delen.l.fi.C.de edicto diui Adr.tollen. vbi dicebat eleganter Bart. quòd no-
6 tarij exemplantes ſcripturas, & facientes † aliquas abolitiones uel interlineaturas debent manu propria de eis mentionē facere. ad hoc vt fides adhibeatur ad quod facit elegans tex.in l.ſi fideicommiſſa.§.i. cum ibi not.ff.de leg.iij. & l. Lucius. ff.de teſta. milit.

CAP. CXII.

SVMMARIVM.

Notarios ex inſtrumento guarentigiato non dari paratam exequutionem tenentes ſiniſtram habere opinionem.

1 *☞ Ex contractu regulariter non dari paratam exequutionem.*

2 *Pactum guarentigiatum multum operari.*

3 *Guarentigiam fore præceptum factum à notario.*

4 *Verum iudicis præceptum paratam habere exequutionem.*

5 *Notarios fore iudices ordinarios.*

ANIMADVERTANT Tabelliones ꝙ licet regulariter ex contractu vel quaſi etiā ꝙ
1 ſuperinde † inſtrumentum confectum fuerit non deī parata exequutio loquendo de iure cōi,per ea que no.Bal.in l.j.C.de execu rei iu. in l.j.ff.ď arbitr.facit gl.no.in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.pen.ff.de

iure iur. & facit quod hř in l. minor xxv. annis. ff. de min. tamen ex contractu ualato precepro guarentigie datur parata exequutio, p ea quę habentur per Bar.in l.a diuo pio. §.fi.ad fi.ff.de re iud.qđ not.Ang.in l.iiij.§.condemntũ. eo. tit.& plenius in terminis in l.ait prætor.§.ſi iudex.ff.de iud. ubi expreſſe tenet quòd inſtrumenta guarentigiata paratã
3 habét† exequutionem,guarentigia autem nihil aliud eſt,q̃ præceptum quod fit per notarium de inſtrumento rogatũ
4 parti roganti,vt obſeruet contenta in illo. & † ob id ſicut verum iudicis præceptum habet paratam exequutionem. l.ſi debitori.ff.de iud. ſimiliter & præceptum factum per notarium, & notariatus priuilegio factus eſt iudex ordinarius.vt habetur in l.j.ff.de iudic. & in l.ſi.ff. vbi & apud quem. plene per Innocen.in c.cum à nobis.de teſt vbi dicit quòd de iure communi notarij ſunt iudices ordinarij, & ꝗ
5 licet contentioſam † iuriſdictionem non habeant, voluntariam tamen exercere poſſunt, & ob id parti confitenti debitum poſſunt facere præceptum guarentigiæ per iura ſupra allegata.& faciunt not.per Cyn.in l.j.C.de confeſſ.& in l.ij.ff.de officio proconſ.& lega.& eapropter inoleuit practica,quòd in qualibet ſententia voluntaria ſumpta per debitorem apponitur clauſula ſumens ſententiam voluntariam ob iudiciale præceptum,quæ vt ex prædictis patet non modici eſt effectus.

CAP. CXIII.

SVMMARIVM.

Notarios rogatos de tutela legitima matri vel auiæ delata credentes iudicis confirmationem neceſſariam à iure aberare.

1 *Matremuel auiam tutelam coram iudice agnoſcere debere.*

2 *Tria fore de ſolemnitate extrinſeca tutelæ matri uel auiæ delatæ.*

3 *Mulierem certioratam de Veleiano non præſumi niſi expreſſe pateat.*

4 *Renuntiata non trahi ad incognita.*

5 *Iuramentum effectum certificationis operari.*

6 *Teſtes non præſumi rogatos niſi appareat.*

CErto teneant notarij ꝙ hodie de iure nouiſſimo in tutela delata matri vel auiæ non eſt
1 neceſſaria iudicis confirmatio,† ſed id tantum ſufficit quòd mater vel auia tutelam coram iud. agnoſcat. & quòd iudex decretũ ſuum interponat, ad hoc vt expreſſe renunciet beneficiis, de quibus in auct. matri & auiæ. C. quando mulier tute. off. fung. & ibi hoc firmat Bar. in ver. quæro quid ſi mater. & clarius in l. ſi quis ſub conditione ff. de teſt. tut. & idem in effectu uoluit Bal. & Ang. in dicta auct. matri & auiæ & Docto. in c. ex
2 parte extra de appe. & ſint circumſpecti tabelliones † quòd agnitio tutelæ interpoſitio decreti & renuntia ſunt de ſolemnitate extrinſeca, & debẽt ſpecifice & diſtincte declarari, alias facta nõ præſumuntur l. quęcunque. §. fi. ff. de publ. plene in l. ſciendũ. ff. de ver. obliga. c. illud extra de præſump. c. ea noſcitur. extra de his quæ fiunt a prælato. & in c. in pręſentia extra dę renunciat. notat. Barto. in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. & ſuadetur, nam mater et auia
3 inter cetera Velleiano renũtiare habet † certiorare. iux. gol. ord. in l. fi. §. pen. in uer. non vſuram. ff. ad Velleia. & ob id ne iura ignorare credantur certiorate non pręſumuntur ni expreſſe pateat. l. cũ de indebito. §. ſi autem. ff. de proba.
4 l. ij. §. fi. de iur. fiſci & renuntiatio non trahitur † ad incognita. l. cũ Aquiliana. ff. de tranſact. l. mater. ff. de inoff. teſt. licet ſpeciale ſit in iuramento ut ſecundum iuramentũ operetur effectum certificationis, ut eſt tex. no. in c. ex parte. de iur. iu. per quem tex. ita tenuit Arch. & Ioan. And. in c. ij. de pact.

Pact. in vj. Bald. in l. ſi quis pro eo . in v. membro. ff. de fideiuſ. & Roma. in l. repudianda ff. de acquir. here. & Bald. in l. i. C. de reb. credi. & ad id facit etiam auct. ſacramenta puber. C. ſi aduerſus uendi. Regulariter tamen ſolemnitates
6 extrinſecę non pręſumuntur † ut prędictum eſt, prout etiã dicimus in teſtibus qui non præſumuntur rogari niſi hoc dicatur vel appareat l. diuus. vbi Bar. ff. de re mil. l. heredes palam. §. inteſtatũ. ff. de teſta. Ang. in auct. de tabell. in prin. Innocent. in cap. i. de fide inſtrument. gloſ. magiſtra in §. nos autem, in dicta auct. de tabel. in uerbo iungatur. quam declarat Bar. in l. ſciendum. ff. de verb. obliga.

CAP. CXIIII.

SVMMARIVM.

Notarios ob filiorum numerum a collegij oneribus non excuſantes ſuos confratres a iuris diſpoſitione deuiare.

1 ☞ *Duodecim habentes filios ab omnibus oneribus excuſari.*

2 *Immunitatem ob filiorum numerum conceſſam per mortem filiorum non extingui.*

3 *Gratiam ſemel effectum ſortitam non uitiari.*

4 *Quod ſemel immunitatis cauſa vera fuerit ſufficere.*

5 *Priuilegium durare etiam quòd finalis cauſa ceſſet.*

6 *Cauſam certo tempore requiſitam ſufficere quòd eo tempore adſit.*

NON

NON. Recuſent tabelliones notariis habentibus duodecim filios immunitatē concedere
1 ab omnibus oneribus †realibus & perſonalibus ut eſt caſus ille notādus in l. ſi quis de decurio. C. de decu. lib.x. quem text. declarat ibi Bart. procedere in quibuſcunq; perſonis, licet de decurionibus loquāt, & idem Bar. in l. ſemper. ff. de de iure immun. vbi refert ita vidiſſe ſeruari in ciuitate Lucana, prout & ego ſeruatum fuiſſe percepi in magnif. pat. ciuitate. faciūt not. per Ioan. And. in c. decet. de reg. iur. in vj. & per Pet. de Ancha. in c. licèt. de cenſu, & per Bal. in l. ij. ff. de uaca. mun.
2 †& iſta immunitatis conceſsio durat etiam quòd expreſſe lī beri aliqui moriantur. ut decidit idem Ioan. And. in dicto c. decet. non obſtante quòd incōmodum filiorum parentes non ſentiant, quod eſt notabile ad limitationem. l. ſecūdum naturā. ff. de reg. iu. l. eum qui. ff. de iure iu. reg. qui ſentit de
3 reg. iu. in vj. ratio eſt quia quando † gratia ſortita eſt ſuum effectū nihil nocet ſi aliqui ex liberis moriātur l. qui Libertinus ff de oper. lib. l. antepe. C. de inſtit. & ſubſt. l. quid ergo. ff. de his qui no. infa. quam opinionem ſequitur Bart. in l. ij. §. non ſolū. ff. de excuſa. tut. faciunt notata per Docto.
4 in l. ij. C. ſi aduerſus delictum. vbi Bald. inquit † quòd ſufficit ꝙ ſemel immunitatis cauſa vera fuerit, & ita dicit tenere Specu. in tit. de reſti. in integ. & ita dicit ſe conſuluiſſe in datiarios, & faciunt ea quæ habentur in l. minoribus C. de
5 his quibus ut indign. & ad prædicta † not. facit ratio Angeli quam ponderat Ioā. And. in dicta reg. decet. quòd ſcilicet ubicunq; reſtant aliquę reliquię priuilegij, licet ceſſet cauſa finalis ipſum non tamen ceſſat priuilegium propter reliquias quę remanent. allegat quæ habētur in l. ſi. ff. de decur. in l. iii. ff. rerum amot. & facit etiam ratio, quam ponderat
6 Bald. in l. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. † quòd ſcilicet quando lex requirit, quòd cauſa adſit certo & determinato tempore, ſufficit quòd illo tempore adfuerit, licet poſtea ceſſet. & ibi allegāt plura iura hoc probantia. facit quæ habentur in l. j. C. ex quibus caſib. in int. reſt. & in l. qui contra. C. de inceſt. nupt.

CAP.

CAP. CXV.

SVMMARIVM.

Notarios inſtumentorum abbreuiaturas imperfectas cõficientes a recto iuris tramite recedere.

1 ☞ *Imperfectas abbreuiaturas notarium extendere non poſſe.*

2 *Imperfectas ſcripturas fidem non facere.*

3 *Nihil dici actum quandiu aliqud reſtat agendum.*

4 *Tria requiri ad confectionem abbreuiaturarum.*

5 *Extenſionem abbreuiaturarum præſuponere materiã præexiſtentem.*

TOTIS virib. laborent notarij ne abbreuiaturas
imperfectas conficiant, imperfectã enim abbre-
1 uiaturã extẽdere † non ualent, nã abbreuiatura
eſt ſcriptura primaria a qua originalia ſumun-
tur inſtrumenta partibus aſſignanda, inter quę ſi varietas
reperitur ad ipſam recurritur. ut conſuluit Pet. de Anch. in
cõſi. cccc j. inci. præmiſſa ſine allegatione in facto narrata. &
facit tex. in auct. de tabel. §. pen. c. q̃m contra. de probat. Bal.
2 in d. Sempronius. ff. de le. ij. † & ſcriptura imperfecta nõ pro-
bat. l. ij. C. de ſent. ex peri. recit. c. fi. de re iud. l. ſi id qui. ff. de
tex. l. Lucius. ff. de teſt. mil. l. fideicõmiſſa. §. quoties ff. de. leg.
tertio. l. contractus, de fide inſtrum. & facit tex. ad literam
in capit. cum P. de fide inſtrumen. in uer. morte preuentus
non confecerat inſtrumenta, quæ in nota redacta fuerunt,
3 ex quo concluditur, quòd † non perfecta non probant, quia
quamdiu aliquid reſtat agendum, nihil dicitur etiam actum.
l. fi. C. de his qui b. vt indig. c. conſideret, de pœnit. diſtin. v. c.
quæ de epiſcopis. xxxviij. diſtinct. c. animaduertendum. xxij.
q. ij. & facit quod ſing. dicit Io. And. in addit. Specu. in tit. de
inſtrum. edit. §. videndum reſtat. verſ. & not. q̃ tabellio, vbi

inquit

inquit ꝗ protocolum inſtrumenti breuiter ſcriptum non probat, quia non eſt ſeruata forma tradita per tex. in §. nos autem, in auth. de tabell. vbi dicitur, ꝗ carta completa non
4 eſt, † niſi tria concurrant quòd tabellioni mandet cartæ cõfectio, ꝗ de per ſe & ꝗ audiat, & ſcribat verba contractus vſque ad cõplementum vnicæ, eo ipſo ꝗ qñ deficit vnum ex prædictis actus eſt nullus, cum in eo forma ſeruata non ſit
5 l. ſed & ſi quis. §. Iulianus. ff. ad exhib. & ex his † abbreuiaturam imperfectam extendere non poterit, quia extenſio præſupponit materiam præexiſtentem, & illud extenditur, quod eſt, vt habetur in c. ſignificaſti, de foro compe. in c. hi qui, de præb. lib. vj. per Doct. in l. Domitius Labeo. ff. de teſt. & per Bar. in l. quidquid aſtringendæ. ff. de ver. obli. vbi inuenit contra notarios facientes acta obſcura q̃ nõ tenent.

CAP. CXVI.

SVMMARIVM.

Notarios aliorum notariorum inſtrumenta extendentes non recte agere.

1 ☞ *Notarios intelligi rogatos extendere inſtrumẽta ſecundum eorum ſtilum.*

2 *Clauſulas de conſuetudine apponi ſolitas notarium poſſe extendere.*

3 *In cõtractu de cuius natura ſcriptura requiritur clauſulas & cæteratas non poſſe extendi.*

4 *Notarios in inſtrumentis non poſſe apponere niſi quæ in veritate nouerunt.*

CORDI Id alligatũ teneant tabullarij, ꝗ abbreuia-
1 turas aliorum notariorum † extendere non valent, quia quilibet intelligitur rogatus extendere inſtrumẽta ſecundum

cundum ſtilum ſuum, vt decidit Hoſti.in ſumma de fid.inſtru.§.quid ſi Abb.in princ.per text.in l. ſi ſeruus plurium. §.ſi numerus.ff.de legat.j.l. vel vniuerſis. ff.de pig.act. l.qui ſemiſes.ff.de vſu.& ex alio non poſſunt, quia ipſi rogati non fuerunt extendere ſecundum rogati notarij ſtilum. §. nos
2 autem, in auth.de tabell.& not. † principalis tantum poteſt extendere clauſulas de conſuetudine apponi ſolitas, vt eſt tex.ſingul.in l.gñaliter.C.de fid.inſtr. de quo meminit Bal. in rub.C.de fid.inſtr.& in l.Imperator. ff. de ſtatu hominũ. & faciunt quæ habentur in l.ſi prius. §. recte placuit. ff.de aqua plu.arcen.in l.edilis.§.item ſciendum.ff.de ędil.edic.in l.dominis prædiorum.C.de agri.& cenſ.lib.xi. & per Bar.in l.i.ff.de iur.cod.& in l.gallus.§.idem credendum, ff.de lib. &
3 poſth.vbi limitat prædicta non habere locum † in cõtractu, de cuius natura requiritur ſcriptura, in quo nihil adi poteſt et clauſulæ & cæterata non poſſunt extendi. l.contractum. C.de fid.inſtr.not. Bal in l.errore.C.de teſt. & ideo dicit gl.
4 in l.ſi non eſt.C.de cond.ex lege. † quòd notarius non poteſt apponere mentem partium ſed verba contrahentium. & Innocent.in c.fraternitatis. extra de hæret. quòd notarius in inſtrumento & teſtis in dicto non debent dicere niſi quod in veritate nouerunt & audierunt. & Bald. in l. cum precibus C.de probat.& in rub.C.de fide inſtr. quòd notarii non poſſunt abbreuiaturas extendere circa ſubſtantiam negotii, quia hęc non recipit ſupplementum facti, & faciunt quæ habentur in c.cum P. tabellio, de fide inſtrum.& in d.l. contractus.

LAVS DEO.

13-8-A-42 104





INDEX ALPHABETICVS EORVM QVAE IN PRAEſenti volumine continentur breui pulchroq́; ordine digeſtus.

ABBREVIATVRAS imperfectas notarium extendere non poſſe.in c.115.nu.1.fo.102
Accipiens ſimpliciter ſortem pęnæ renuntiare videtur in cap.82.nu.2. fo.74
Accipientem fideiuſſores minus idoneos videri ipſos approbare in cap.52.nu.1.fol.51
Accipientes quid indebite in foro pœnitentiali teneri. in cap.72.nu.3.fol.67
Acceſſorium tollitur ſublato principali in. c.100.nu.4.fo.91
Actionem Chriſti omnem noſtram habere inſtructionem, in capitulo.61.nu.4.fol.58
Actionem habens ad rem conſequendam, dicitur rem ipſam habere. in cap.77.nu.2.fol.70
Actus tendens ad perficiendos proceſſus non poteſt diebus feriatis fieri in honorem Dei.in c.39.nu.2.fol.40.
Actus ubi defectus eſt in forma ſi non valet vt agitur. nec etiā valet eo meliori modo quo poteſt.in c.97.nu.5.fol.89.
Actui præſentes ſic dici non poſſe qui eum non intellexerint in cap.35.nu.2.fol.37.
Actum viciari quando de cauſa eum ad eſſe producente minime conſtat. in cap.3.nu.3.fol.8.
Actum quemlibet veritatis fundamentum habere debere. in capitu.27.nu.2. fol.31
Actum quélibet debere fieri verbis aptis in c.28.nu.4.fol.32.
Actum factum cum interpoſitione decreti, per iudicem non intelligentem fore nullum, in c.35.nu.1.fol.37.
Actum factum tenpore inhabili. licet transferatur in tempus habile nō valere.lege ab inicio reſiſtēte in c.34.nu.1.fo.40.
Actum ex effectu dignoſci.ibi.nu.5.fol 41.

Actum inter viuos probari, etiam ꝙ teſtes contrahentes non viderint, in cap.42.nu.1.fol.43.
Adiectio incontinenti facta nihil immutat circa prius diſpoſita in.cap.92.nu.4.fol.83.
Amphibologiæ falatia dupliciter ꝓuenit in c.101.nu.4.fo.92.
Actum viciari vbi de qualitate in eo requiſita minime conſtat ibi nu.3.fol.eo.
Actum non poſſe per alium explicari vbi perſonę induſtria requeritur electa in c.62.nu.2.fol.58.
Actum talem eſſe, qualis eſt concluſio.in c.67.nu.3.fo.63.
Actum a maiori parte collegii regulariter valere. in cap. 70 num.1.fol.65.
Acta fieri debere ſecundum artis regulam eius a quo fiunt, in c.27.nu.2.fol.31.
Acta, inſtrumentorum apellatione comprehendi. in cap.30. nu.4.f.33.
Acta a procuratore retractari non poſſe niſi criminalem penā concernant in c.47.nu.2.fol.48.
In actis coram iudice nec dolus nec deceptio argui poteſt. in cap.35.nu.5.fol.37.
Admonitio quæ fit teſti tempore delationis iuramenti, multū operatur.in.c.54.nu.2 fol.53.
Ad qualitatem contractuum iudicandam effectum inſpici. in c.cvij.nu.4.fo.96
Agendi vel defendendi facultatem nemini auferendā. in ca. 67.nu.6.f.63.
Agentē quēlibet ꝑꝑ finem agere.in c.74.nu.3.fol 68:
Agentem aliquid. illud ꝑ ſe agere prēſumi. in cap.32. num.4. fol.35.
Allegantem turpitudinem ſuam cōtra principem audiri.in c. 77 n.1.f.70.
Antecedentia,& ſequentia eodē iure cenſeri.cum diſpoſitum in vno habeat locum & in alio.in c.39.nu.3.fol.40.
Animam cunctis rebus præferendam. in cap. 27.num.6.fol. 31.& in c.52.n.7.fol.50
Antiquum ordinem ſeruandum in c.31.nu.1 fol.34.
Antiquo ordine non ſeruato actum viciari.ibi nu.2.fol.eo.

App l-

Appellari non poteſt a ſententia in poſſeſſorio lata. in c.100. num.2.f.91.
Appoſitio temporis in inſtrumento multum operatur. in c. 67.nu.4.fol.63.
Ardua in qualibet diſpoſitione excepta cẽſent.in c.7.n.2.f.12.
Ardua in generali diſpoſitione non veniunt ibi.nu.3.fol.eo.
Argumentum de feu.ad emphiteotam & econtra valere. in c.90.nume.3.fol.80
Argumentum ſumitur ex præteritis in futurum. in capi. 49. nume.2.fol.49
Argumentum valet de loco ad tempus, & econtra.in capit. 96.nu.3 fol.87
Aſtantes ad examen tanq̃ teſtes fore.in c.61.nu.2.fol.58
Attendi debet tempus concluſionis in inſtrumentis. in c.67. nume.1.fo.63
Attendi debent ſingulæ circunſtantiæ & potiſsimum concluſio.in c.99.nu.5.fol.90
Auri vel argenti appellatione pecuniam non comprehendi ob diuerſam rationem.in c.108.nu.2. fol.97
Auxilio nouo indigent quæ de nouo emergunt.in cap.41.nume.3.fol.42

De litera B.

BANNITVM occidentem non excuſari. niſi probetur ipſum ſciuiſſe occiſum fore bannitum, in capitulo 21. nume.3.fol 26
Bannitum ex crimine falſi non comprehendi,in generali bannitorum cancellatione.in c.66.nu.5.fol.62
Bannitum ex lęſæ maieſtatis crimine non comprehendi, in bannitorum generali cancellatione.ibid.
Beneficium de proprio quem cogi facere rigoroſum fore. in c. 37.nu.4.fol.39
Beneficium ſuũ vniuſcuiuſq; eſt interpretari.in c.81.nu.4.f 73
Bona facienda eſſe,reges aũt non timendos. in c.73.nu.4.f.68
Bona eccleſiæ in emphiteoſim concedi non poſſunt, in cẽſum vero dari ſic.in c.92.nu.3. fol.83

Bonæ vitæ hominem proditorem non præſumi. in capit. 110. nume.4.fol.99
Bonos etiam ſæpenumero errare. in c.110.nu.7.fol.99.
Bonos viros ea facere quæ alium in ſe facere vellent & pęnalia non committere.in c.3.nu.7. fol.9

De litera C.

CARENTEM literarum ſcientia multos opprimere. in cap.primo.nu.7.fol.6
Carnem licitum eſſe comedere ex cauſa neceſsitatis loco & die prohibitis.in c.96.nu.4.fol.87
Cauſa proxima & mediata attendi debet.in c.90.nu.1.fo.80
Cauſam etiam iniuſtam habentem à dolo excuſare. in capitu. 44. nu.4. fol.45
Cauſam iuſtam habentem aliquid renunciandi, pœnam non mereri.in c.20.nu.4.fol.25
Cauſam certo tempore requiſitam ſufficere quod eo tempore adſit.in c.114.nu.6.fo.102
Cauſæ maioris partis bonorum criminalibus æquiparari.in c. 7.nume.1. fol.12
Cenſus per non ſolutionem ſoluentem à iure ſuo non cadere. ſecus in emphiteota. in c.91.nu.2. fol.83
Certiorare aliquem non poſſe alium ſi ipſe indiget eadem certioratione.in c.2.nu.2.fol.7
Certum & incertum quid dici poſſe ſecundum diuerſas perſonarum mentes.in c.28.nu.5. fol.32
Circumuenire quenquam non licet.in c.53.nu.4.fo.52
Citatio tendit ad perficiendum proceſſum.in c.39.nu.2.fo.40
Citatio poteſt in eccleſiis fieri, ſed non die feriata nec eius relatio. ibidem.
Citari quem non poſſe ſine iudicis mandato.in c.63.nu.1.f.59
Citantem aliquem ſine iudicis mandato, pœna falſi puniri.ibi. nume.2.fol.59
Clauſula codicillaris in ſecundo teſtamento non ſolemni appoſita infirmat legata in ſolemni relicta.in c.83.nu.1.fol.75
Clauſula codicillaris hæreditate non adita non modicum ef-

fectum producit.ibi.nu.2.fol.eo.
Clauſulam codicillarem in teſtamento minus ſolemni appoſitam,plurimum operari.in c.83.nu.3.fol.75
Clauſulam codicillarem ſortiri effectum. teſtamento ex cauſa præteritionis rupto.ibi nu.4. fo.eo.
Clauſulam codicillarem nil operari. teſtamento per teſtatorē reuocato.ibi.nu.5.fol.eo.
Clauſulam codicillarem ex ſolo notariorū ſtilo in inſtrumentis appoſitam,nil operari in c.4.nu.1. fol.9
Clauſula ex certa ſcientia multum operatur.in c.85.nu.6. f.77
Clauſulæ delegantis in primis literis cōtentæ mentionem haberi debere in ſecundis literis.in c.57.nu.4.fol.55
Clauſula generalis non trahitur ad priuilegia in corpore iuris incluſa.in c.84.nu.3. fol.76
Nec etiam trahitur ad priuilegia quæ tranſeunt in contractum remuneratorium vel quæ ſunt conceſſa fauore piæ cauſæ.ibi.nu.4. fol.76
In clauſula generali peremptorias exceptiones non tolli. in c. 85.nu.4.fo.77
Clauſulas geminatas plurimum operari.in c.8.nu.7.fol.73
Clauſulas de conſuetudine apponi ſolitas notarium poſſe extendere.in c.116.nu.2. fo.103
Clauſula motu proprio præſumendum eſt principem voluiſſe vti plenitudine poteſtatis.in c.85. nu.7. fol.77
Clauſula,non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis & conſuetudinibus.nō trahit ad cōſtitutionē iuratā.in c.84.nu.1.f.76
Clauſulam prædictam nec pacto iurato tolli.ibi.nu.2. fol.76
Clauſula non obſtante gratiam non augeri ſed declarari intētionem legitimantis.in c.43.nu.1 fol.44
Clauſulam,non obſtante, in nube poſitam non trahi ad eum qui eſt odioſus legi.ibi.nu.2. fol.44
Clauſula,nulla exceptione obſtante, rationabiles exceptiones non comprehenduntur.in c 85.nu.1. fo.77
Clauſulam, nulla appellatione obſtante, non tollere niſi friuolas appellationes.ibi. nu.2. fo.eo.
Per prædictam clauſulā dilatorias exceptiones nō tolli.ibid.n.3
Clauſula quietationem de omni eo qd peti poſſet, vſq; in pre-

ſentem diem in inſtrumentis appoſita ad illud tantum refertur de quo fuit cogitatum ſeu litigatum, & erat lis inter partes. in c.81.in pri fol.73
Clauſula, rato manente pacto, rem & pœnam recte peti poſſe. in c 82.nu.1.fol.74
Clauſula, rato manente pacto, videtur appoſita in odium cõtrafacientis.ibi.nu.3.fo.74
Clauſula, rato manente pacto, in compromiſsis locum non habere.ibi.nu.5.fol.74
Clauſula, rato manente pacto, vbi reperitur appoſita pacto nõ contrafaciens, poteſt recedere a contractu ibi.nu.4.fo.eo.
Clauſulæ huius iuramentum ſuper aliquo contractu appoſitũ naturam habet.ibi.nu.3. 6. fol.eo.
Clauſulas ſubſtanciales ſpecialiter & expreſſe in inſtrumentis adhibendas.in c 2.nu.3.fol.7
Clauſula, volo ꝙ teſtamentum meum habeatur pro legitimo, idem operatur ꝙ clauſula codicillaris.in c.83.nu.5.fol.75
Clerico quandoq; minus q̃ laico creditur.in c.34.nu.4. fo.37
Clementiores legi iniuriam facere.in c.27.nu.3.fol.31
Comedenti ficos in ortu aqua calida dari debet ad vomẽdum, in c.26.nu.5.fo.30
Collegio eiiciendos deriſores.in c.73.nu.1.fol.67
Collegio congregato omnes debent ſilere.ibi.nu.2. fol.67
Comitem palatinum legitimare non poſſe natos ex his, inter quos matrimonium eſſe non poteſt.in c.18.nu.3. fol.23
Comitem palatinum non habentem poteſtatem legitimandi mortaliter legitimando peccare.& temporali pœna puniendum.in c.43.nu.4.fol.44
Comites extra comitatum milites creare poſſe. in capit. 103. nume.1.fol.93
Comites nondum comitatus poſſeſsionem adeptos poſſe notarios creare.in c.103.nu.4.fol.94
Commiſsionem iudicis de aliquo citando vim interlocutionis habere.in c.30.nu.4.fol.40
Communem errorem ſequutum in dolo non eſſe.in capi. 44. nume.3.fol.45
Commodum ſentiens & incommodum ſentire debet. in capit,

-pit.72. nume.2.fol.67
Completum quòd non eſt, probationem non inducit. in ca.5. nume.4.fol.10
Compromiſſum effectum non ſortiri niſi ſequuta arbitri acceptatione.in c.104.nu.1.fo.94
Compromiſſum factum ſine pœna fore maioris efficaciæ quã cum pœna.in c.106.nu.4.fol.94
Concluſio talem actum eſſe indicat, qualis ipſa eſt. in cap.67. nume.3. fol.67
Concluſionis tempus in inſtrumentis attendi.ibi.nu.1.fol.eo.
Concluſionem ſolam in reſcriptis attendendam.ibi.nu.2.f.eo.
Conculcationem verborum nil operari.in c.76..nu.1.fo.70
Confeſsio partis titulum certificat ac certas reddit probationes. in c.19.nu.3.fol.24
Confeſsio geminata operatur confeſsionem pacti veſtiti. in c.80.nu.5.fol.74
Confeſsionem in tormentis factam ei æquiparari quæ eſt facta per eum qui ad ea ductus eſt.ibi.nu.4.fol.eo.
Confinium appoſitionem id operari vt omnia inter eos contenta veniant.in c.19.nu.1.fo.24
Confuſionẽ legem & naturam abhorrere.in c.89.nu.3. fol.80
Coniecturis dolum præſumi.in c.14 nu.2.fol.19
Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.in capitu.77.nume.1. fol.70
Conſcientiam fore ſenſum animæ bonum & malum cognoſcentis.in c.109.nu.1.fo.98
Conſiderari quæ debeant in creatione notarij. in c.1.nu.1. f.5
Conſuetudinem non modici vigoris eſſe,& plures habere virtutes.in c.31 nu.3.fol.34
Conſuetudinem quem non excuſare in prohibitis a lege. in c. 44.nume.1.fol.45
Conſuetudinem quem a pœna regulariter liberare.ibi.n.2.f.e.
Conſuetudinem veritati cedere.ibi.nu.5.fol.eo.
Conſuetudinẽ pacta & conuentiones interpretari.in capitulo 4.nume.5.fol.9
Conſuetudine quem a graui excuſari pęna.in c 32.nu.7. fo.35
Conſuetum in dubiis præſumi.in c.17.nn.1. fol.22

Contra inſtrumentum per aliud inſtrumentum datur probatio.in c.46.nu.2.fo. 47
Contra inſtrumentum non datur probatio.ſtatuto diſponēte ei plenam fidem adhiberi.ibi.nu.1. fol.eo.
Contractus non debet quid operari vltra contrahentium voluntatem.in c.4.nu.4. fol.9
Contractus ſex fore quibus vtile transfertur dominium directo retento.in c.91.nu.1.fol.81
Contractus ſuperficiarij deſcriptio.ibi.nu.2. fo.eo.
Contractus ſuperficiarius extinguitur ſuperficie deſtructa.ibi.nu.3.fol.eo.
Contractus emphiteoticus quid ſit & quid ab aliis contractibus differat.ibi.nu.5.fol.eo.
Contractus libellarius deſcribitur.ibi.nu.6.fol.eo.
Contractus præcariæ in fœminino genere quid ſit. ibidem. nume.7. fol.eo.
Contractum cenſualem dici vbi omne ius concedentis in aliquem pro annuo cenſu transfertur. in capitulo 99. numero primo. fol.20
Contractum vſurarium præſumi propter pacta inſolita. ibid. nume.6. fol.eo.
Contractum venditionis non poſſe in teſtamento celebrari. licet hæredi mandari poſsit vt vendat. in c.59.nu.3. fol. 56
Contractum ex defectu finalis cauſæ vitiari. in capit.108. numero 5. fol.96
Contrahentes die feſtiuo vel in loco ſacro peccare. in capi.96. nume. 1. fol.87
Copula,&,coniungit æque principaliter.cum,vero acceſſorie. in c.100.nu.1. fol.91
Corruptelam quem à pœna non excuſare.in c.31.nu.5. fo.34
Culpa lata æquiparatur dolo.in c.13.nu.3.fol.18

De litera D.

DEBENTEM iudicare arbitrio boni viri, id debere ſentire quòd bonus vir arbitraretur. in capi.105.numero 4. fol.95

Debita ob aliena aliquem aſtringi graue & naturali æquitati contrarium eſt.in c.72.nu.1.fo.67

Deceptio.vide ſupra in litera.A.verſ.in actis.

Declaratio ad leg.in cauſæ.§.fi.ff.de minori.in capi.14.numero 3.fol.19

Declaratio ad l.hodie.ff.de pœnis.in c.20.nu.3,fo.25

Declaratio ad l.Stichum aut Pamphilum.ff.de verb. obliga. in c.26.nu.6.fol.29

Declaratio ad l.in exercendis.C.de fide inſt.in capi.17. numero 5. fol. 22.

Decretum interpoſitum ſuper aliquo actu quem iudex non intellexit fore nullum.in c.35.nu.1. fol.37

Decretum iudicis in contractu minoris adhibitum ſine cauſæ cognitione nil operari.in c.77.nu.2.fol.70

Dedecus ſuum detegere neminem cogi.in c.45.nu.1. fo.46

Defectum ob paruum quem puniri.in c.26. nu.1. fol.30

Defenſionibus ſuis in criminalibus neminem renunciare poſſe.in c.69. nu.5. fol.64

Defendere ſe ipſum quis poteſt. ꝙ alteri demandare non valet.in c.9.nu.2.fol.14

Degerantem tanto grauius puniri quanto ſanctior eſt ille per quem iurat.c.40.nu.2.fol.41

Delicta leuia committentem leui pœna puniendum. in c. 26. nume.3.fol.30

Delicti multiplicitas delinquentem aggrauare. in capi. 68.numero 6.fol.63

Delinquens licet a pœna conſuetudine excuſetur tamen minori pœna plecti poteſt.in c.32.nu.7. fol.35

Delinquentem pluribus pœnis puniri non debere.in capit. 16. nume.5.fol.21.

Deriſores ex collegio eiiciendos.in c 73.nu.1.fol.67

Deum non attendere id quod fit ſed quo animo illud fiat. in c.40.nu.3.fol.41

Dictio,etcætera,facit intelligi inſtrumenta ſecundum conſuetudinem aliorum inſtrumentorum.in c.5 nu.5.fol.10

Dictio, quandocunque, addita dictioni totiens plus operatur quàm dictio,totiens quoties ſimpliciter.in c.50.nu.2. f.72

Dictio-

Dictionem præſertim implicatiuam eſſe.c.15.nu.3.fol.20
Dicentes pecuniam numeratam videntur fateri ſe vidiſſe ipſam numerari.in c.65.nu.1.fol.61
Dictum teſtis deponentis ſuper mutuo & ignorantis quid ſit mutuum non valere.in c.1.nu.1.fol.7
Dictum teſtis ſine iuramento deponentis etiam in cauſa ſummaria & in ſacerdote & in deponente de parte ſua nullum eſſe in cap.12.nu 4.f.17
Dicto ſacerdotis deponentis aliquem de crimine emendatum non ſtari ſine iuramento.in c.69.nu.3.fol.64
Diem a media nocte de iure & conſuetudine humana incipere in c.60.nu.1.fol.57
Diem naturalem eum dici comprehendens & lumen & tenebras ibi.nu.2.fol.eo.
Diem termini in termino non computari in c.78.nu.1.fol.71.
Diem termini in termino computari vbi reperitur dictio hinc vel ſimilis ibi.nu.3.fol.eo.
Dies feriatos & nõ feriatos in termino cõputari ibi.nu.5.f.eo.
Difficultatem habentia tacenda non eſſe in c.18.nu.2.fol.23.
Dignitas in homine eſt quoddã accidẽs.in c.48.nu.3.fo.49
Dilationes odioſas fore in c.78.nu 4.fo.71
Diſpoſitio quælibet conformis reddi debet diſpoſitioni iuris communis in c.63.nu.6.fol.59
Diſpõnem ẽt gñalem nõ trahi ad incognita in c.41.nu.5.f.42.
Diſpoſitum in antecedenti cenſeri diſpoſitum e. am in conſequenti.c.39.nu.3.fol.40
Diuerſitatẽ literę falſi pręſumptionẽ inducere in c.14.n.1.f.19
Diuitias familiarum conſeruare dignitates in c.24. nu.4. f.28.
Doctoratus inſignia doctoris dignitatem oſtendere. in cap.22.nume.7.fo.26
Doctoratus examen ingredi volentem ex doctoribus poſſe ſuſpectos allegare.in c.61.nu.1.fol.58
Doctor cõſulens ſine chartarum reuolutione debet gratis conſulere.in c.1.nu.8.fol 6
Doctori indocto ſcolarem doctũ præferri.in c.22.nu.2.fo.26.
Doctorem natum ex plebeis parentibus ex nobilibus parentibus nato præferri.ibi.nu.3.fol.eo.

Doctorem prophetam dici ibi.nu.6.fo.eo.
Doctorem eſſe non in modica dignitate.ibi.nu.7.fo.eo.
Doctorem creatum doctoribus corruptis. doctorem minime dici poſſe.in c.79.nu.3.fol.72
Doctorem non habentem libros ſuæ profeſsionis doctorem non dici. ibi.nume.4.fol.72
Doctores nobiliſsimos Imperatoris amicos & parentes dici.in cap.22.nu.5.fol.26
Doctores aſtantes ad examen ſunt tanquam teſtes. in cap. 61.nume.2 fol.58
Doloſam præſumptionem tolli probata bona fama in cap.3. nume.5. fol.8
Doloſam præſumptionem ex iuramento deciſorio produci. in cap.75.nu.2.fol.69
Dolus verus vbi non requiritur ignorantie non parcitur. in cap.32.nume 1.fo.35
Dolum contra præſumptum regulariter probatio datur. in cap.3 .nume.4. fol.8
Dolum ex coniecturis præſumi.in c.14.nu.2.fol.20
Dolum dici aſſeuerationem vocis falſæ fallendi animo inductæ.in c.14.nu.3.fol.19
Dolum aut deceptionem non præſumi in his rebus quæ ſunt coram iudice factæ.in c.35.nu.5.fol.37
Dolum per eum allegantem probari debere.in c.51.n.3.fo.51 Cætera vide ſupra in litera A.in ver.in Actis.
Dominium vtile & directum transfertur in cenſuali contractu.in cap.92.nu.1.fol.82
Dominum directi ciuilem habere poſſeſsionem. in cap. 88. nume.6. fol.79
Dubium quid dupliciter dici poſſe.in cap.28.nu.6.fol.32
Duellum intrare licet pro honore conſeruando. Beati enim qui poſsident bonam famam.in c.10.nu.3.fol.15
Duo contraria in eodem non poſſunt ſtare ſubiecto. in cap. 99.nume.6.fo.90
Duodecim habentem filios ab omnibus oneribus excuſari. in cap.114.nu.1.fo.104

De litera E.

EA quæ fiunt vi aut metu per exceptionem regulariter irritantur. in cap.82.nu.1.fol.74
Electioni tabellionum tria adeſſe debere. in c.1.nu.1.fo.5
Electionem factem antiquo non ſeruato ordine. minime tenere.in cap.31.nu.1.fol.32
Eligentes notarios minus idoneos debitas ſubire pœnas. in cap.1.nume.10.fol.5
Eligere viã ad impugnãdaſua iudicia neminẽ pſumi.ibi.n.3.f.5
Eligi debere ad notariatus officiũ pſonas legales.ibi.n.4. f.eo.
Eligi non poſſe ad publicum officium qui in matura ætate nõ eſt.ibi.nu.2.ver.ad publicum officium.fol.5
Emendatum eſſe ei præferendum qui nunquam deliquit. in cap.22.nume.4.fol.26
Emergentia de nouo auxilio indigere.in c.41.nu.3.fo.42
Emphitheota ſine conſenſu domini iuri emphitheotico renũtiare non poteſt in cap.90.nu.2.fol.80
Emphitheotam negantẽ rem emphitheoticã ad inſtar feudatarij à iure ſuo cadere ſi ſcienter neget. ibi.nu.6.fol.81
Emphitheotas ad ſimilitudinem feudatariorũ emphitheoticã rem diuidere inter ſe poſſe dño irrequiſito.ibi.n.9. fo.81.
Emphiteota per non ſolutionem cenſus à iure ſuo cadit in cap.91.nu.2.fol.82
Emptorem teneri ad perſoluendũ gabellas ſtatuto diſponente ꝙ ex tali contractu quid tale ſoluatur.in cap. 55.nu.2.f. 54.
Emptorem teneri ad commoda & incommoda ex re per eum empta prouenientia.in cap.55.nu.3.fol.54
Enunciatiua verba niſi geminata fuerint nihil operantur. in cap.80. nu.6.fol.73
Epiſcopus poſſe extra epatũ cõferre ordines.in c.103.n.3. f.93
Equitatem ex temporis curiculo non mutari.in c.58.n.3.f.55
Equum eſſe neminem cum alterius detrimento locupletari in cap.72.nu.3. fol.67
Etatis maturitatẽ ratione publici officii in notario inſpiciendam eſſe.in cap.1.nu.2.fol.5
Etatis maturitatem in publicis officiis fore omnino inueſtigan-

gandam ibi.nu.3.fol.5
Etatem nullam ad diſcendum ſeram eſſe.in c.79.nu.5. fol.72.
Errorem potius quã malitiã præſumi.in c.34.nu.3.fo.37
Euentum poſteriorem à primordio tituli iudicari. in cap. 39. nume.6.fol.41
Eum iniuriam iudici facere. qui eius ſententiam ante publicationem alteri pandit.cap.53.nu.3.fol.52
Eum fore vitæ probatæ qui aliis facit quæ ſibi fieri vellet. in c. cx.nume.5.fol.99
Exceptiõe non numeratæ pecuniæ non poſſe opponere iurantẽ contenta in inſtrumento vera eſſe.in c.75.nu.1.fo.69
Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi poſſe per confirmantem contractum iuramento.ibi.nu.3.fol.eo.
Exceptionem compenſationis opponi poſſe in iuramento deciſorio.ibi.nu.4.fo.eo.
Exceptiones dilatorias clauſula (nulla appellatione obſtante) tolli poſſe.in cap.85.nu.3.fol.77
Exceptiones peremptorias in generali clauſula non contineri.ibi.nume.4.fol.eo.
Excipiendo turpitudinem ſuam neminem poſſe allegare. in c. 45.nu.2.fol.46
Ex contractu regulariter non dari paratam executionem. in c.112.nume.1.fol.100
Exempla mala fore euitanda.in cap.46.nu.5.fo.47
Exercentes male officium ſuum de dolo & lata culpa teneri. in cap.13.nu.3.fol.18
Exhibentem inſtrumentum teneri illud exhibere prout quidem iacet.in c.28.nu.1.fol.31
Expenſis & litibus vexari graue eſſe.in cap.7.nu.5.fol.12
Expreſſam prohibitionem idem operari quòd tacita. in cap. 38.nu.4.fol.39.
Expreſsiõe cauſæ in libello ſententia & teſtis depoſitiõe nõ fore neceſſariam.in cap.88.nu.2.fol.79
Ex probata vita multa commoda prouenire.in c.110.n.1.f.98
Extendi non dicitur diſpoſitio ex idemptitate rationis.in cap. 64.nume.4.fol.60
Extenſionem fieri poſſe ad caſum in ſtatuto ex larga vocabuli

buli poteſtate comprehenſum. in cap.63.nu.5.fol.59
Extenſionem fieri poſſe ex rationis idemptitate. in cap. 64. nume.2. fol.60
Extenſionem à protocolo dependere.in c.111.nu.4.fol99
Extenſionem abbreuiaturarũ præſupponere materiam præexiſtentem.in c.115.nu.5.fol.103

De litera F.

FABAS improbatorias in aliquo contractu non eſſe ponendas.in cap.61.nu.3.fol.58
Facultatem agendi vel ſe defendi nemini auferendã. cap. 67.nume.6. fol. 63
Factum à pluribus ſemper debet attendi.in c.38.nu.1. fo. 39.
Facta à multis declarari poſſe. licet quid de nouo introducere non poſsint.in c.6.nu.2.fol.11
Facientes aliquid pecunia ꝙ alias fieri prohibitum eſſet ordinarie & extraordinarie puniri.in c. 63.nu.3. f.59
Falli etiam quem poſſe in viſu & ſenſu.in c.27.nu.4. fol.31
Falſitatis præſumptionem induci ob raſuram in inſtrumento repertam in c. 11.nu.1.fol.16
Falſitatis ſpecies eſt veritatem occultare.ibi.nu.2.fol.16
Falſitatis præſumptionem induci ex diuerſitate literæ in cap. 14.nume.1.fol.19
Falſitatis ſignum indicare inueriſimilitudinẽ. in c.33.n.2.f.36
Falſum nunquam in intellectu cadere.in c.8.nu.6.fol.13
Falſum committens peccat mortaliter.in c.34.nu.2.fo.37
Falſum committere verum retinentem.in c.46.nu.1.fol.47
Falſi pœna notarios puniendos vbi vim clauſularum in inſtrumentis per eos appoſitarum ignorant in c.2.nu.6.fol.7
Falſi pœnas notarios ſubire.vbi ſolemnitates in aliquo actu requiſitas omittant.in cap.3.nu.1.fol.8
Falſi crimen tripliciter committi poſſe.in c.8.nu.5. fol.13
Falſi particulam totam ſcripturam vitiare.in c.14.n.5.fol.19
Falſi crimen quatuor modis committi.in c.46.nu.2.fol.47
Falſi pœna puniri abſque iudicis mandato communem citantem.in cap.63.nu.2.fol.59

Falſi crimine bannitum.in generali cancellatione bannitorum non comprehendi.in cap.66.nu.5.fol.62
Falſa inſtrumenta alicuius immunitatis ſcribentes igne comburi.in cap.8.nu.4.fo.13
Falſos dici teſtes præmeditato ſermone deponentes. in cap. 29.nume.1.fol.32
Fama bona probata tollitur omnis ſuſpicio.in cap.3.nu.5.f.8.
Famę amiſsio maior eſt quã oculorum.in cap.10.nu.4.fo.15
Fauori publico aliquo pacto renunciari uon poteſt.in cap.38. numero.2.fol.40
Fœneratores quando reperiri vtile eſt.in c.15.nu.5.fol.20
Feudum alicui ſimpliciter conceſſum ad extraneos hæredes deuolui.in cap.98.nu.1.fol.89
Feudum alicui ſimpliciter cõceſſum ad fœminas maſculis extantibus non deuolui.ibi.nu.3 fol.89
Fidem à diuina prouenire clementia.in cap.10.nu.5.fol.15
Fidem etiam hoſti ſeruandam.in cap.11.nu.5.fo.16
Fide recta in principe nihil eſt ꝙ luce clariori prçfulgat.in cap. 11.nume.3.fol.16
Fideiuſſores accipientes parte præſente non teneri.in cap. 52.nume.2.fol.51
Fideiuſſores non idoneos accipientes ipſos videri approbare.in cap.52.nu.1.fol.52
Fieri id dicitur ſpecialiter & expreſſe. quod fit verbis ſpecificis & expreſsis.in c.2.nu.3.fol.7
Fiſci multa fore priuilegia.in c.94.nu.2.fol.85
Fiſcum ſuperuenientem pro defenſione rei vẽditæ cauſam ad ſuum iudicem trahere.ibi.nu.3.fol.eo.
Fiſcum pie ęquiparari cauſæ.ibi.nu.4.fol.eo.
Fiſcum cum dote pari paſſu ambulare.ibi.nu.5.fol.eo.
Formam alicuius actus debere fieri ſecundum terminos caſus expreſsi.in c.57.nu.1.fol.55
Fraudis inductiua fore ea quæ occulte fiunt in c.23.nu.3.f.27.
Fraudi cum fraude reſiſti non poſſe. limitatio adeo pulcherrima.in cap.42.nu.4.fol.43
Fuga. De fuga ſuſpectum & tempore prohibito & loco incongruo capi poſſe.in cap.96.nu.2.fol.87.

Fundum in emphiteoſim conceſſum pro ſe & hæredibus deſcendentibus intelligi conceſſum ſicut in feudis dicimus. in cap.90.nu.4. fol.80
Furcha quem puniri poſſe ob modica furta.in c.26.nu.6.fo.29.
Furari quis poteſt neceſsitatis cauſa.in cap 9.nu.3.fol.14

De Litera G.

GABELLAS perſolui debere ab emptore ſtante ſtatuto quòd ex tali contractu quid tale ſoluatur. in cap. 55.nume.2.fo.53
Geminatam interlocutoriam reuocari minime poſſe. in cap. 80.nume.4.fol.72
Geminatam naturalem obligationem effectum producere. ibid.nume.5.fol.72
Geminatas clauſulas magnas habere virtutes.ibi.nu.7.fol.73.
Geminata verba expreſſam voluntatem diſponentis inducere.ibi.nume.1.fol.72
Geminata tria verba plus operari quam duo.ibi.nu.3. fol.72
Geminata renunciatiua verba diſponunt.ibi.nu.6. fol.25
Generalis remiſsio non trahitur ad incognita. in cap. 81. numero.1. fol.73
Generalem diſpoſitionem ad incognita non trahi. in cap. 41.nume.4.fol.42
Generalem clauſulam in cauſa reſtringibili ad communia tantum trahi.in cap.50.nu.5.fol.50
Generali in diſpoſitione grauia non venire.in c.7. nu.3.fo.12.
Generali in diſpoſitione pauperem non comprehendi.in cap. 36.nume.1.fol.38
Generales renuntiationes parum operari.in c.50.nu.1.f.50
Generalitas reſtringi debet.in cap.81 nu.6.fol.74
Generalia verba ſunt obſcura.in cap.81.nu.2.fol.73
Generaliter expreſſa vbi ſpecialiter nota digna ſunt neglecta cenſentur.in cap.50.nu.4.fol.50
Gratiam non augeri per clauſulam non obſtante.ſed declarari intentionem legitimantis.in cap.43.nu.1.fol.44
Gratiam ſemel effectum ſortitā nō vitiari.in c.114 nu.3.f.102

Graue

Graue & naturali æquitati contrarium fore pro alicuius debitis quem teneri.in cap.72.nu.1.fol.67
Guarentigiam fore præceptum factum à notario. in cap.cxij. nume.3.fol.100

De litera H.

HABENTEM liberum arbitrium poſſe recedere à regulis iuris.in cap.cv.nume.3.fol.95
Habilem quem inhabilem ex voluntate partium fieri non poſſe.in cap.30.nume.3.fol.33
Hæreditariam portionem dici non computatis legatis. in capitulo.76. nume.4.fol.70
Hæredem a milite in actu inter viuos nominatum pro inſtituto haberi.in cap.96.folio.86
Homicida is etiam eſt qui hominem lingua interficit. in cap.66.nume.2.fol.61
Hominem ſcientia reddi nobilem.in cap.22.nu.1.fol.26
Homines ſepiſsime falli in viſu & ſenſu.in c. 27.num.4.fol.31
Homines multis modis decipi.in capitu.101.numero.1.fol.92
Per fallatiam æquiuocationis.ibi.nu.2.fol.eod.
Per fallatiam amphibologiæ.ibi.nume.3.fol.eod.
Per fallatiam accidentis conſequentis compoſitionis vel diuiſionis.ibi.nu.3.folio.eod.
Hominum memoriam labilem eſſe in c.17.nu.6. fol.22
Honor eſt ei adhibendus qui præ cæteris a ſuperioribus honoratur.in cap.22.nu.6.fol.26
Honoris conſeruãdi gratia ingredi duellũ licet. ĩ c.10.n.3.f.15
Honorem proprium negligentes crudeles dici.ibi. n.2.fol.eo.
De honore vbi agitur caute eſt procedendum.ibi.nu.4.f. eod.
Horas in inſtrumentis apponere vtile multoties fore.in capitulo. 70.numero.3.fol.57
Hoſpitem grauatum multitudine hoſpitantiũ nõ teneri alios hoſpitari.in cap.68.nume.1.fol.63
Hoſti eſt fides ſeruanda.in cap.11.nu.5.fol.16
Humanam voluntatem dupliciter conſiderari. in capitulo. cv.nume.1.folio.95

De litera I.

ID quod a pluribus agitur debet attendi.in c.38.nu.1.fo.39
Ignorantia in facto proprio non cadit.in cap. 2. nu.7. fol.7 & in cap.32.nume.2.fol.35
Ignorantia in pœnalibus præſumitur.in capit.33. nu.1. fol.36
Ignorantiæ non parcitur vbi dolus verus non requiritur in c. 32.nume.1.fol.35
Ignorantiam a notario prætendi non poſſe in c. 2. nu.2.fol.7
Ignorantiam eius in quo quis verſatur prætendere nō poteſt in cap.13.nume.4 fol.18
Ignorans quilibet preſumitur in capitulo 33. nu.6.folio.36
Illuſtres perſonas poſſe p ſubſtitutum ſeruire in c. 62.n.5.f.59
Imperatorem non ualere natura abuti in c.13. nume.2.fol.18
Immunitatem ob filiorum numerum conceſſam per mortem filiorum non extingui.in c. 114.nu.2.fol.102
In contractu de cuius natura ſcriptura requiritur clauſulas & ceteratas non poſſe extendi.in c.116.nu.3.fo.103
Induſtria perſonæ vbi electa eſt non poſſe per ſubſtitutum ſer uitium adhiberi in cap.62.nu.2.fol.58
In dubio pro inſtrumento præſumitur in capit. 65.nu.5.fo.61
Infames officio tabellionatus non poſſent potiri in capitu.16 nume.4.folio.21
Infirmum ab ignorantia ēt ſupina excuſari.in c.54.nu.5.fo.53
Infringentem veritatem Chriſtum negare in c.27.nn.5.fo.31
Inhabilem ex habili ſubſtineri in capit. 14. numer. 6.folio.29
In his quæ ſunt contra ius non ſufficere maiorem partem cō-ſentire in cap.70.nu.4.fol.65
In iudice duos ſoles adeſſe debere in cap.109. nu.2.fol.98
Iniuriam legi fieri ob nimiam clementiam in c. 27.nu.3.fo.31
In multiloquio non deeſſe peccatum in c. 102.nu.1.fol.93
Inſignia doctoratus demonſtrant doctorem non modica di-gnitate potiri in c.22.nu.7.fol.26
Inſtrumentum non recipere ſupplemētū facti in c. 4.nu.3.fo.9
Inſtrumentum exhibentem teneri illud exhibere prout iacet. in cap.28.nu.1.fol.32
Inſtrumentum vitiari vbi in eo repugnantia verba reperiuntur

tur in cap.47.nu.1.fol.48
Inſtrumenti verba obſcura ante publicationem declaranda ſunt in cap.6.nu.5.fol.11
Inſtrumenta abolita non facere fidem in cap.111.nu.1.fo.99
Inſtrumenta de quorum ſubſtantia eſt ſcriptura debent prius in totum deſcribi poſtea publicari in cap.5.nu.1.fol.10
Inſtrumenta a notariis non rogatis confici non poſſunt in capitulo.6.nu.1.fol.11
Inſtrũa precipiti feſtinatione nõ ſunt celebranda.ibi.nu.3.f.11
Inſtrumenta non exigentia ſcripturam poſſe ſecundum cõſuetudinem aliorum inſtrumentorum extendi a notario. non ab aliis in cap.9.nu.1.fol.14
Inſtrumenta in ſubſtantialibus vera in accidentalibus vero falſa continere poſſunt in cap.48.nu.1.fol.48
Inſtrumenta vbi de nocte celebrantur debent accendi tria luminaria magna in cap. 60.nu.4.fol.52
Inſtrumentorum appellatione acta comprehenduntur in ca. 30.nume.4.fol.33
Inſtrumentorum formam exigere etiam notariorum inſignia in c.34.nu.1.fol.36
Inſtrumentis ſubſtantiales clauſulas ſpecialiter et expreſſe adhibendas in cap.2.nu.3.fol.7
In inſtrumentis renũtiationes inconſulte a notariis appoſitas parum operari in c.50.nu.2.fol.50
In inſtrumentis multoties horas apponere utile etiam in cap. 60.nume.3.fol.57
In inſtrumentis concluſionis tempus ſpectat̃ in c.67.n.1.f.63
In inſtrumentis temporis appoſitionem multum operari. in cap.67.nume.4.fol.63
Interpellationem fore neceſſariam vt contrahentes conſtituantur in mora.in cap.75.nu.5.fol.69
Interpretatio facienda eſt contra eum in cuius fauorem quæſtio facta eſt in c.81.nu.8.fol.73
Interpretatio mitior in pœnalibus facienda eſt.in c.3.n.4.fo.8
In tranſactione requiri ꝙ in ueritate ſit lis in c.207.n.2.fo.96
Iudex quãdo ſuſpectus allegatur eius ſuſpicionis libellus porrigendus eſt.in cap.23.nu.3.fol.1

Iudex non debet admittere vt id probetur ꝙ quidem probatum nihil releuat.in cap.21.nu.3.fol.70
Iudicem finem imponere poſſe aduocato uerboſo. in capitulo 111.nume.3.fol.93
Iudicis decretum ſuper eo actu interpoſitum quem non intellexit non valere.in cap.36.nu.1.fol.37
Iudicis intelligentiam multum operari.ibi. nu.4.fol.37
Iudicis auctoritate facta doloſa non præſumi.ibi.nu.5.fol. eo.
Iudicis commiſsio de aliquo citando vim interlocutoriæ habere in cap.39.nu.4.fol.40
Iudicis ſecreta non ſunt alicui reuelanda.in c.53.num.1.fo.52
Iudicis ſententiam ante publicationem reuelantes in quadruplum teneri & iudici iniuriam facere.ibi.num.2. & 3.fo. eo.
Iudicis commiſsione teſtes examinari poſſunt a notariis. in c. 54.numero 1.fol.53
Iudicis mandato quemlibet citandum in c. 63.nu.1.fol.59
Iudicis decretum in contractu minoris adhibitum ſine cauſæ cognitione nil operatur in c.77.nu.2. fol.70
Iudici pp inobedientiã iniuriam inferri. in c.20.nu.2. fol.25
Iudicis præſentiam ſtipulationem operari.in capitulo 104. numero 4.folio.94
Iudicem negligentem in puniendis ſceleratis puniri debere.in cap.16.nu.2.fol.21
Idem in iudice negligente ferre ſententiam.ibi.num. 3.fol.eo.
Iudicem ſuper cauſa commiſſa iudicare debere licet reus meliorem habeat cauſam.in cap. 20.nu.5.fol.25
Iudicem parti ad aurem loquentem niſi locuta in lucem emiſerit poſſe ſuſpectum allegari.in c.23.nu.2.fol.27
Iudicem negligentem ad examinandos teſtes ad intereſſe teneri.in cap.54.nu. 4.fol.53
Iudices ſententiam feſtinanter ferre non debent.in capitu.6. numero 4.fol.12
Iudicia hominum ante maturam ætatem infirma eſſe dicuntur.in cap.1.nu.3.fol.5.
Iura neceſsitate impeditis ſubueniunt.in c.68.num. 5. fol. 64
Iuramentum imminentis neceſsitatis cauſa præſtari poſſe in cap.13.nume.2. fol.17

Iuramentum indebite præſtitum nil operatur in c.12.nu.3.f.17
Iuramentum probationis vim obtinet in cap.23.nu.1.fol.27
Iuramentũ ad egregias pſonas mitti debet in c.14.nu.1.fo.28
Iuramentum calumniæ quid ſit in c.71.nu.2.fol.66
Iuramentum tactis ſacris ſcripturis deferendum eſſe in capi. 46.nume.1.fol.41
Iuramentum per hæc ſacra Dei euangelia. ſi ſuper euangeliis non iuratur.periurus non efficitur.ibi.nu.5.fol.eod.
Iuramentum habere tres comites.& quatuor continere conditiones.in cap.41.nu.2.fol.42
Iuramẽtũ vim habere clauſulæ codicillaris in c.54.nu.3.fol.53
Iuramentum ex cauſa deferentem periurum non dici in cap. 68.nume.4.fol.64
Iuramentum teſti deferendum etiam vbi proceditur ſine figura iudicii in cap.69.nu.1.fol.64
Iuramentum deciſorium doloſam producere præſumptionem in cap.75.nume.2.fol.69
Iuramentum effectum certificationis operari in capitulo 113 nume.5.fol.101
Iuramentum appoſitum ſuper aliquo contractu . habet vim clauſulæ rato manente pacto.in c.82.nu. 6.fol.74
Iuramento partis contra notarios male officium exercentis ſtatur in cap.13. nume.2.fol.18
Iuramento teſtium in ciuilibus renutiari poteſt. in capitu. 69 nume. 4.fol.65
Iuramento contractum confirmante non numeratæ pecuniæ exceptionem opponi non poſſe in c. 75.nu.3. fol. 69
Iuramento deciſorio compenſationis poſſe opponi. ibi. numero 4.folio.eod.
Iuramentum ſecrete quum in alter ius præiudicium retinendum non eſſe cap.46.nu.4.fol.47
Iurantem dicere ueritatem & quid retinentem non eſſe excuſandum in c.41.nu.1.& ibi ad idem limatio pulcherrima vbi iurat ad interrogata minime reſpondere.fol.42
Iurantem contenta in inſtrumento vera eſſe. non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere nõ poſſe in c. 75.nu.1. f.69
Iuriſdictionem certam & limitatam non poſſe partium volun

 tate

tate prorogari in cap.30.nu.1.fol.33
Ius patronatus principaliter vendi non poſſe,ſed acceſſorie in cap.100.nu.3. fol.91
Iuſtam cauſam aliquid recuſandi habentem.pœnam non mereri.in cap.20.nume.4.fol.25
Iuſtitia eſſe non poteſt vbi fides non eſt in c.11.nu.5.fol.16

De litera L.

LAICO dicenti delictum eſſe commiſſum potius crediʼtur quã clerico contrarium affirmanti in c.34.nu.4.f.37
Lata culpa dolo æquiparatur in c.13.nu.3.fol.18
Latronem publicum in flagranti crimine repertum.defenſionibus ſuis renuntiare poſſe.in cap.69.nu.5. fol.65
Laudum ꝑcipitanter latum eſt ipſo iure nullũ ĩ c.61.n.3.fo.12
Ledẽdũ nõ eẽ ꝗ humano iudicio nõ peccauit ĩ c.44. n.4.fo.55
Legales perſonas ad notariatus officium eligi debere in capit. 1.nume.4.fol.5
Legalitates quare in inſtrumentis adhibeãtur & cuius licentia in cap.10.nu.1.fol.15
Lex ſi plures.ff.de pactis limitatur in cap.1.nu.5.fol.5
Legi neceſsitatem non ſubiacere in cap.21. nu.2.fol.26
Legem probõnem exigentem vlterius declarando procedere. cap.23.nume.5.fol.72
Legatum eccleſię ſcriptum manu clerici illius rectoris valere cap.32.nu.5.fol.35
Legata ubi duo ſunt principaliter vno ſublato aliud remanet in cap.100.nume.5.fol.91
Legitimandi plenam poteſtatem non transferri niſi ſpecialibus verbis in cap.18.nu.4.fol.25
Legitimari a comite palatino eum poſſe qui natus eſt ex quibus matrimonium eſſe non poteſt in c.18.nu. 3.fol.23
Legitimatũ ꝓſumi ex uxorata muliere natũ in c.18. nu.5.f.23
Legitimationem ꝓ obreptionẽ factã nõ ualere ĩ c. 43.n.3.f.44
Libellus ſuſpitionis eſt porrigendus ubi allegatur iudex ſuſpectus in cap.23.nu.7.fol.28
Liberandum a morte quẽ non eſſe mẽdatio in c.46.nu.3.f 47

Liberum arbitrium habentem nec donare, nec dolum cōmittere poſſe in cap.105.nu.5.fol.95
Litteralis ſcientię tres gradus in c.1.nu.8.fol.6
Litterali ſcientia carentem multos opprimere.ibi.nu.7.fol.eo.
Litterę diuerſitatem falſi præſumptionem inducere in capitu. 14. numē.1.fol.19
Lites criminibus materiam creare in cap.78.nu.5.fol.71
Litem eſſe, in facto conſiſtere.in cap.107.nu.3.fol.96
Litibus & expenſis grauari moleſtiſsimum eſt in c.7.n.5.fo.12
Locatio ad longum tempus dicitur quę ad 10.annos fit.in cap. 91.nume.4.fol.82
Loquacitatem ineptam plus nocere quam taciturnitatem. in cap.88.nume.3.fol.79
Luminaria tria accendi debere quando inſtrumenta de nocte celebrantur. in c.60.nu.4.fol.57

De litera M.

MAIOREM partem colegii uno quoquę actu aſsiſtētium ſufficit in cap.70.nu.2.fol.65
Maiorem partem extra collegium exiſtentem in eo facta ratificare non poſſe in cap.70.nu.5.fol.eod.
Malitia regulariter non pręſumitur in cap.34.nu.3.fol.37
Malus nemo præſumitur. in cap.34.nu.5.fol.37
Maritus non poteſt demandare alteri ut occidat uxorem in adulterio deprehenſam in c.9.nu.2.fol.14
Matrem uel auiam tutellam coram iudice agnoſcere debere. in cap.113.nume.1.fol.101
Matriculā per quinquennium extingui in c.74.nu.1.fol.68
Mediam viam regulariter eligendam in c.45.nu.1.fol.46
Medicum de vulnere deponentem deponere debere diligenti præhabita examinatione in cap.12.nu.5.fol.17
Medicos de publico ſalariatos ſalarium a ſponte dantibus recipere non poſſe in cap.38.nu.3.fol.40
Melius eſt diligere cum ſeueritate.q̄ cum leuitate decipere in cap.73.nu.3.ubi ponitur ratio ad idem pulchra f.67
Memoriam hominum labilem eſſe in cap. 17.num. 6.folio. 22

Mendacium factum in legem factum eſt contra principem.in cap.12.nume.3.fol.16
Mendacio quem a morte non eſſe liberandū.in.c.46 n.5.f.47
Mēdacio totam ſcripturam decolorari. ubi ei aliquid additur in capitulo.48.num.4.fol.49
Mentiens principi de falſo punitur in.c.11.nu.3.fol.16
Metus duas eſſe ſpecies.in.cap.86.num.4.fol.78
Metum fore cauſa inſtantis & futuri periculi.ibi. nu.3.fol.eo.
Metum rerum probabilem eſſe.ibi.num.5.fol.eo.
Metu pacto ſubueniendum an ſit iudex diſcernere debet.ibi. num.6.fol. eo.
Metu uel ui facta exceptione irritantur in c. 87. nu. 1.fol. 78
Limitatio ad dictam regulam ibi.nu.2. fol. eo.
Declaratio notab.ad.regulam.ibi.nu.2.fol. eo.
Metu uel ui actus factus ſi ad bonum tendat non reſcinditur ibi.num.4.fol.eo.
Metu uel tortura actū ſponte geſtum nō dici.in c.33.n. 1.f.36
Militare propriis quem regulariter non cogi. in.cap. 36. nu. 3.fol.38
Militari priuilegio factum teſtamentum non publicatum ualere.in cap.95.nu.5.fol.86
